XVII.
DISSERTATIO
DE
LIBERARUM S. R. G. I. CIVITATUM
JUDICIO AMICABILI,
PRO LOCO DEFENSA A
CHRISTIANO HENRICO Hiller / D.
Et in Eberhard. Professore Juris Extraordinario,
RESPONDENTE
JOHANNE DAVIDE SEIFERHELDO,
Hallano ex Suevis.

TUBINGÆ, 1719.

PRÆFATIO.
B. L. S.

Biennium est, & quod excurrit, LECTOR BENEVOLE, quod hanc ipsam, quam hodiè, Cathedram conscenderimus disputatoriam; Exinde, in publicum prodire nec libuit, nec licuit. Cum autem insignis SERENISSIMI PRINCIPIS ac DOMINI NOSTRI Clementia Professorio nosmet haud ita pridem admoverit muneri; EJUSDEM non modo Clementissimum Mandatum, sed & recepta hactenus Academiæ hujus observantia, ut pro Loco hoc Professorio legitimè obtinendo, Specimen quoddam publicum in lucem ederemus, demandarunt. Nostri quod erat hoc modo officii, quam lubentissimè fecissemus non citius modo, nisi tale nobis placuisset Thema, cujus delineandi gratia, impertitam ante publicorum actorum communicationem, pennam arripere minus videbatur consultum; sed & in forma aliquanto pleniori, nisi Nobilissimi Dn. Candidati Respondentis petitum Meditationes nostras angustioribus includere jussisset cancellis. Quapropter etiam, quod, inopinatò succrescente paginarum numero, nimis ut videbitur festinanter filum abruperimus, multaque omiserimus scitu in hac ipsa materia oppido quam necessaria, veniam dabis, eò, ut speramus majorem, quò eadem in Tractatu peculiari, quem typis mandabimus, omnium quàm fieri poterit proximè, supplere B. C. D. constitutum est Nobis. Tanto pariter vitio haud vertes, quod præsens præ aliis selegerimus Thema, perpendendo, quod, utut Ducalem scandamus cathedram, adeoque nostri potius videri posset officii, Jura defen-

dere SERENISS. PRINCIPIS NOSTRI, si non peculiaria, EIDEM cum aliis saltem Principibus Imperii communia; Illa tamen adeò jam à clarissimis deducta sine Viris, ut iisdem addere quid ausuri nimis haberi possemus præsumtuosi: Civitatum è contra Imperialium Juribus, pro derelicto propemodum habitis; Quibus tamen cum non Præses tantum, sed & vel maxime Præclarissimus Dominus Candidatus Respondens, tanquam Civis ex Prænobili Imperii Civitate, plurimis obstricti sint modis; præterque ea, in integra hac Dissertatione, SERENISSIMI PRINCIPIS ac DOMINI NOSTRI Juribus aut Privilegiis, ne in minimo quidem quid contineatur contrarium, ampliorem instituti nostri rationem reddere supersedentes, ut valeas semper, Nobisque unà nostris cum conatibus faveas, precamur.

B. C. D.

DISSERTAT. INAUG. DE LIBERARUM S. R. G. I. CIVITATUM JUDICIO AMICABILI.

§. I.

QUemadmodum M. TULLIO CICERONE (*a*) teste, belli fortuna anceps semper est, & dubia; Ita quoque, in militia, (ut ita loquamur, cum IMPP. LEONE, & ANTHEMIO, (*b*) atque DIONYSIO GOTHOFREDO,) (*c*) togata, sive in Judiciis, litis eventum vel maximè incertum esse, rectissimè, suo jam tempore, observavit JC. CLARISS. SCÆVOLA. (*d*)

II. Quæ ipsa observatio, cùm eò majorem hodienum sibimet vindicet locum, quò omnes fermè lites in judicium deductæ, proh dolor! factæ nunc videntur arbitrariæ, (*e*) proinde cautè omninò agunt, viâque incedunt optimâ, qui in litibus, si quas habent, non convolant statim ad judicia, sed, si unquam possibile, ad alia potius litium sopiendarum remedia confugere malunt.

III. Ejus-

(*a*) *Lib. 1. de Offic. cap. 23.*

(*b*) *In L. 14. C. d. advocat. diverf. Judic.*

(*c*) *In not. ad h. l. lit. r.* ubi dicit: *Nihil tam simile est bello, quàm lis & judicium.*

(*d*) *In L. 51. ff. d. peculio.*

(*e*) Vid. JUSTI NOMICI, [sub quo nomine PHILLIPPUM BURCHARDUM latere, *ex Discursu* patet ab hoc edito, *de hodierna Jurisprudentia navis & remediis, anno 1682. edito*] *Consilium novissimum & omnium hactenus evulgatorum facillimum, de Incertitudine & ambiguitate Juris tollenda: Jureve controverso decidendo; seu de novo Codice faciendo, ao. 1676. editum.*

III. Ejusmodi Remedia, à Doctoribus passim recensentur varia, (*f*) inter illa verò, commendatione omnium dignissima videtur Compositio amicabilis, seu dubiæ rei tractatio amica; maximè omnium, si quidem lis est inter Magistratum & Cives, aut Subditos. (*g*)

IV. Quod cùm & inter alia, propè considerassent S. R. G. I. *CIVITATES LIBERÆ*, olim, in plerisque non tantum, illisque potissimum controversiis, & litibus, quæ inter Magistratus oriebantur & cives, arbitrarios sibimet quæsierunt judices; Verum etiam, posteriorum intuitu, expresse tandem, vicibusque iteratis, in Conventibus suis Civitatensibus universalibus, (auff ihren gemeinsamen Stätt-Tagen) de eo convenerunt inter se: ut, si quando Seditio nasceretur in Civitate aliqua, proximè statim ex gremio, ad eandem amicabiliter compescendam, aliquos Eòdem ex suis mittere teneantur Senatoribus; Hancque conventionem, Recessibus circa discessum suum confectis nominatim aliquoties inserram temporibus demum recentioribus, & ad contentiones quoque, inter semetipsas oborturas, verbis extenderunt disertis.

V. Nos, effectum consideraturi per hanc ipsam conventionem productum, uti quoad ejusdem appellationem, lubenter retinémus, quò â B. DN. JOH. CHRISTOPH. AB UFFENBACH, (*b*) qui Doctorum, quantùm novimus, omnium primus, & hactenùs quoque unicus, negotii hujus aliquam injecit mentionem, insignitus est, *JUDICII AMICABILIS* nomen; Ita hoc solummodò addimus unicum: Judicii vocem non in stricto hîc accipi, propriò, aut aliàs consueto, sed in latiori aliquantulum, atque impropriori significatu.

VI. Ut autem eò clariùs intelligatur, de quônam propriè hoc acturi simus loco, Ciceroniani (*i*) haud immemores moniti, ante omnia, Tractationis nostræ objecti præmittendam arbitramur Definitionem, quæ ex mente nostra, ita se habet,

(*f*) Vid. inter alios, SAM. STRYCKIUS, *in Introduct. ad Prax. Forens. caute instituend. cap. 2. per. tot.* & VENTURA DE VALENTIIS, [sive potius, juxta FLACCIUM, *d. Pseudonom. num. 851.* & DECKH. *d. Adesp. p. 216.* GEORG. VALENT. WINTHERUS] *in Parthenio Litigioso. L. 2. c. 3. & seqq.*

(*g*) Vid. B. DAV. MEVIUS, *p. 6. Dec. 70. & dec. 222.* & SAM. STRYCK. *in Diss. de Jure Persuasionis, cap. 2. n. 99. p. 39. in Vol. 3. Disp. 18.* CASP. ZIEGLERIUS, *in Dicastic. s. Tr. de Judic. officio & delict. concl. 22. §. 4. p. 411.*

(*b*) In absoluto suo, *d. Consil. Imper. Cæsar. Aul. Tractatu, cap. 12. Sect. 1. Subsect. 7. p. 157. b. in fin.*

(*i*) Quod *in Lib. 1. d. officiis* habetur, *cap. 1. num. 2.*

bet: Quod Judicium hoc amicabile Civitatum Imperialium, nihil sit aliud, quàm *litium, inter Magistratum maxime, Civesque Imperialium Civitatum, quin & has ipsas invicem, exortarum amica Tractatio, in loco inquietato, à Deputatis proximè vicinarum Civitatum Imperialium eòdem missis, eum instituta in finem, quò ipsorum ope, lites hæ modo finiantur amicabili.*

VII. Descriptio hæc, cùm & in se perspicua, peculiaris interpretationis, aut commentationis haudquaquam indigere videatur, &, quoad illa, quæ dubia forsan haberi possent, vel obscura, in inferioribus, abundantem consecutura sit illustrationem; Nihil nunc magis incumbere Nobis existimamus, quàm, ut de hujus Judicii amicabilis *ORIGINE*, nostram in medium proferamus sententiam.

VIII. Equidem, quoad hanc, ad inveteratam provocavit consuetudinem, nec non specialem, Ao. 1591. ab universo Collegio Civitatensi conditum Recessum, B. DN. AB UFFENBACH. (*k*) Verùm enim verò, cùm non solum, à quonam probabiliter tempore, inveterata hæc consuetudo petenda sit? indicare omiserit; Sed & ad manus Nobis sint Recessus Civitatenses, citatô illo, d. ao. 1591. longè antiquiores; in sola hacce B. Viri assertione tutô subsistere nequimus, sed potius primordium hujus rei altiùs paulò repetere cogimur, ac investigare accuratiùs.

IX. Interim tamen, ut ad Caroli jam M. (utpote cujus modò felicissimis auspiciis, Germania nostra in unum coaluit corpus) ætatem usque, eidemve ascendamus proximam, exacturum à Nobis opinamur neminem, cui modo temporum illorum status, vel modicè tantum, eô cum est cognitus, quod omnium *omninò* Civitatum Imperialium, (quotquot hodienum adhuc existunt, *cum* ex vetustissimis illis, omniumque, in Germania nostra, primis, quas, in Germania Cis-Rhenana, Cisque Danubiana, (*l*) & à Germanicis populis ipsis, & à Romanis, Galliâ omni, à Julio Cæsare, in provinciam redactâ, (*m*) conditas, (*n*) Jure Successionis,

(*k*) *In loc antecit.*

(*l*) Romanis, & quidem primùm à populis Germanicis, Gallicanam regionem, quæ ad Rhenum erat, occupantibus, uti vid. est ap. CÆSAREM, *L. 4. & 5. Comment. d. Bello Gall.* DIONEM *Lib. 53.* & AMMIAN. MARCELLIN. *Lib. 15. Hist. circa fin.* hoc modo: Nobis verò Trans-Rhenana dictâ, Transque Danubiana.

(*m*) Quamvis factum hoc esse, neget, bellaque Civilia, ne in provinciæ formam Gallia ordinaretur subacta, obstitisse, disertè annotaverit DIO. *Lib. 53.*

(*n*) Quarum nonnullæ atque potiores recensentur ab HERM. CONRINGIO,

ſionis, (*o*) Carolus M. accepit: *tùm* ex illis quoque, quæ & in Germania Magna Romanis (*p*) ſeu Trans-Rhenana, Transque Danubiana dicta, abhinc ſeculo poſt Chriſtum natum, Vto. (*q*) Epiſcoporum maximè. (*r*) Monaſteriorum: Regiorum que

GIO, *in Diſſ. d. Urb. Germ.* §. *32. & 33.* AMM. MARCELL. *in Hiſt.* ANTONINO IMP. *in Itinerario:* PTOLOMÆO, *in Geogr.* BEATO RHENANO, *Lib 1. Inſtit. Rer. Germ. inter Sectiones alias, ſub. Rubr. Provinciæ Romanæ, veteri Germaniæ utrinque, cùm à Rheni, tùm à Danubii ripis attingentes.* ULR. OBRECHTO, in ſuo, præter abſolutionem, nihili indigo opere, quod *Prodromum* inſcripſit *Alſaticar. Rerum, cap. 5. p. 37. ſeqq.* CHRISTOPH. LEHMANNO *in Chron. Spir. L. 1. cap. 9. p. 20. b. Edit. noviſſ. &* B. JOH. NIC. HERTIO, *in Notitia Veteris Germaniæ populor. p. 1. c. 1.* §. *5. & cap. 3.* §. *10. in Vol. 2. Opuſc. Tom. 1. p. 18. 19. 52. & 53.*

(*o*) Ab Anteceſſoris ſuis, qui easdem, per varias, partim à Romanis ipſis, partim ab Alemannorum gente, Hunnorumque Rege Attila, reportatas victorias, in ſuam redegerunt poteſtatem.

(*p*) Et quidem, illuſtri primùm, ſub Marco Antonino Imp. Geographo, PTOLOMÆO, *Lib. 3. Geogr. cap. 11.*

(*q*) Germaniam etenim magnam, ſeu Trans-Rhenanam, ante Vtum Seculum, nullas planè urbes habuiſſe, neque easdem ferre potuiſſe Germanos veteres, ex AMM. MARCELL. *Lib. 16. Hiſt.* pluribus contendit HERM. CONR. *in dict. diſ.* §. *23. & 24.* quamvis illud ipſum quodammodo dubium reddere, ac, jam Auguſti tempore, & Trans-Rhenanorum quosdam apertis deſiſſe vagisque habitare ſedibus, evincere videantur, quæ ap. ANN. FLORUM leguntur, *in Epit. Livii, Lib. 137. verbis: Civitates Germaniæ cis Rhenum & trans Rhenum poſitæ oppugnantur à Druſo.*

(*r*) Hi en. in vicis villisque; degere prohibiti: [Vid. ACTA CONCILII SARDICENSIS, *ao. 350. hab. in verb. Non licet ſimpliciter Epiſcopum conſtituere in aliquo pago, vel parva urbe, cui vel unus Presbyter ſufficit: Non neceſſe eſt enim illis Epiſcopum conſtitui, NE EPISCOPI NOMEN & AUTHORITAS VILESCAT.* SYNODI VERNENS. *ſub Pipino, Ao. 755. congregatæ, can. 1. ibi: Ut Epiſcopi debeant eſſe per ſingulas Civitates.* & EPISTOLA ZACHARIÆ PONTIFIC. AD BONIFAC. *d. ao. 742.* ibi: *Meminiſſe debes, Chariſſime, quod in ſacris Canonibus præcipimur obſervare, ut minimè per villulas, vel modicas Civitates Epiſcopos ordinemus, ne vileſcat nomen Epiſcopi*] apud Reges, arque imperatores, ſummâ nitebantur ope, ut non ſolum

que Palatiorum (*s*) occasione, aut aliter etiam, constructæ) sub Carolo M. ejusdemque, ex masculina stirpe, Successoribus, conditio fuerit municipalium urbium haud longe dissimilis: omnibus omnino proventibus, reditibus, atque utilitatibus, (*ß*) penes Fiscum regium, ejusdemque ut plurimum Procuratores, aut Exactores, Cameræque nuncios; Juris verò dictione, merò, mixtoque Imperio, (*t*) nec non integra propemodum, Rempublicam, & quoad minoris quoque momenti negotia, (*u*) vicario Imperatorum nomine, gubernandi potestate, (*w*) petin-

solum liceret ipsis in nobiliores concedere urbes, verum etiam, ut, antiquioribus illis, numeroso Episcoporum cœtui, in dies, magis magisque excreto haud quaquam sufficientibus, novæ fierent hinc inde: Voti quoque sui, exstructis passim Monasteriorum claustris, compotes facti: Ingenti non tantum Libertorum hominum, Clericorum ope manumissorum, numero ad loca illa, quibus vel templi, vel cœnobii magnifica structura, vel virorum sacrorum insignis authoritas atque fama celebritatem induxerat, confluente, ædificiaque ibidem, eum construente in finem, ut opificia exercerent, atque mercaturam, ea cumprimis venalia habendo, Illisque, qui Religionis causa, ad sacra hæc loca commigrabant, vendendo aut permutando, quæ ad vitæ commodioris usum, necessitatemve pertinere videbantur: sed & impetratis postmodum à Regibus ac imperatoribus, pro ejusmodi locis, Civitatum Urbiumve juribus, Vid. hîc omnino STEPHAN. BALUZIUS, *in Præfat. ad Capitularia Reg. Francor.* & JOH. MABILLONIUS, *d. Stud. Monast.*

(*s*) De Francicorum Regum Palatiis, diligentissimè egerunt HADRIANUS VALESIUS, *in Notitia Galliar.* & JOH. MABILLON. *Lib. 4. d. Re diplom. per tot.* De Saxonicorum, & qui post eos, Imperium habuerunt, BENJAM. LEUBERUS, in seiner Magdeburgischen Stappel-Unfueg *n. 767. seqq.* & AHASV. FRITSCHIUS, *d. Palat. & dom. dominic. cap. 5.*

(*ß*) De quibus plura vid. ap. CHRISTOPH. LEHMANNUM, *in Chron. Spir. Lib. 2. cap. 44. per tot.*

(*t*) Vid, ANSEGISI *Collect. Capit. Reg. Franc. Lib. 3. c. 48. & 50.*

(*u*) Conf. ILLUSTR. HALLENS. PROF. DN. CHRIST. THOMASIUS *in diss. d. Jurisdict. & Magistratuum differentia sec. mores Germanor. §. 82.*

(*w*) Vid. CONRING. *in cit. Diss. §. 73.* non obstante, quod illud ipsum, tam *in Tract.* quem vocat Historischen Bericht von denen alten Reichs-Vogteyen / *p. 1. & 2. s. in Apolog. & in Act. Lindav. passim* negaverit DAN. HEI-

perinde ac sub prioribus Francorum Regibus, (*x*) apud Comites (*y*) constituta, urbibus, hisce districtuique utplurimum eisdem proximè vicino, (*z*) ab imperatoribus

HEIDERUS; cùm sermo illi sit de recentioribus demum temporibus, â quibus tamen, ad antiquiora, consequentia in universum non procedit.

(*x*) d. quibus, id ipsum GREGORIUS TURONENSIS attestatur, *Lib. 6. Hist. Franc.*

(*y*) Ob similitudinem aliquam dignitatis Comitivæ, in Romano Imperio usitatæ, latinè loquentibus ita, vel, ut ex RIPUARIORUM LL. *tit. 53.* patet, Graviones: In vernacula autem Graven / seu potius Grauen: Aldermanni: ab ætate haud dubie, atque canitie, (quia nim. Comitum munus, in Judiciaria potestate consistens, non nisi senectute alios ex nobilitate antecedentibus demandabatur) quasi seniores, (prout etiam hoc ipso nomine expresse insigniuntur ab HINCMARO, Rhemensi quondam Archi-Episcopo, *Epist. 3. c. 29. & 35.*) vocatos: non obstantibus illis, quæ traduntur à DN. THOMAS. *dict. Disp. §. 66.* ubi nim. derivationi huic, quod *in* SPEC. SAXON. *L. 1. art. 2.* ejusmodi Judex Greffe dicatur, & Greve / obsistere, propterque ea, nomen hoc putat esse originarium: cùm non solùm in noviss. Edit. Spec. hujus Saxon. in HONORATISSIMI DNI. AFFINIS, D. JOH. STEPH. BURGERMEISTERI *Corp. Jur. publ. & Priv. Germ in loc. all.* nihil ejusmodi legatur: sed &, siquidem in aliis Edit. talia deprehenderentur, post tantum temporis spatium, ætate recentiori apud Saxones præprimis, ob reputatam sermonis stylive elegantiam majorem, ad antiquiorum vocabulorum immutationes aliis procliviores, â primitiva hujus vocis originatione, facillimè omnium discessus institutus esse possit.

(*z*) Quamvis en. Urbibus primariò, ubi quæ fuerunt, præfecti sint Comites: Indeque etiam, perinde ac alii, e. gr. Marchiones, s. Marcæ Comites, die Marck-Graven: à marca, s. limite: Provinciales verò, die Land-Graven / à pagis atque provinciis urbibus destitutis, (Neque enim Comitum simpliciter dictorum dignitate aut potestate major quondam erat Landgraviorum; hisce, illorum intuitu, ut species tantummodo ad genus, semet habentibus; Neque ullum penes me residet dubium, quin quam plures hodienum Comites dicerentur Landgravii, nisi generum suum, Ludovicum, Lotharius Saxo Imp. Thuringiæ Landgravium creasset, Ducibus non multò inferiorem, constitutis sub imperium ipsius, perinde

ac

ribus atque Regibus præfectos, (a) nec non Scabinos, (b) Comitibus, à Missis Regiis

ac sub Ducis, 12. Comitibus) tanquam à locis, in quibus jura dicebant, Comites Civitatis: Vid. CAR. DU FRESNE *in Clossario ad Scriptores media & infimæ Latinitatis, lit. C. voce Comites Civitatis: p.* m. *1187.* ubi plura hanc in rem adducit exempla: **Burg-Graven/ Burg-Richter:** vid. DN. THOMAS. *dict. Diss.* §. *98. & 99.* vel etiam simpliciter, ac per excellentiam, Comites, nuncupati fuerint: CAR. DUFRESNE, *d. l. voce Comes. p. 1184.* Nihilo tamen minus & circum jacentem Pagum, utpote à Civitate nomen quoque adeptum, Jura ab eisdem accepisse, testis est egregius ante laud. DU FRESNE, Comitem in genere definiens: *Judicem Civitatis ac pagi circum iacentis:* cui addesis DAN. HEIDERUM, *in Actis Lindav. p. 49. & 573* ubi & de recentioribus temporibus, quibus tamen, quàm olim, multo magis imminuta erat, Comitum atque Præfectorum in Civitatibus potestas, sequentem scribit in modum: **Etliche wenige Reichs-Vogteyen und Pflegen haben auch ausser den Städten/ einen gewissen** *District*, **oder benannte Reichs- ald Königliche Dörffer mitgebracht:** *& in loc. ult.* **Wie nicht weniger diese (die Reichs-Vögte) gantzen Städten/ sampt deren** *Comitatu* **zugleich/** &c. **fürgesetzet.** & CHRIST. LEHM. *L. 4. Chr. Spir. c. 2. p. 231. & c. 11. p. 261.*

(a) Munere hoc defunctos vel in propria regulariter persona, vel *etiam*, casu, quo impediti, quoad causas minores, tam Civiles, quam Criminales, (quænam verò minores fuerint causæ, quænam majores? Videri potest in JUR. PROVINC. SAXON. *L. 1. art. 59. & L. 3. art. 52.* JUR. PROV. SUEV. *c. 85. n. 1.* & ap. ILL. DN. THOMASIUM, *in antec. Diss.* §. *71. & 75.*) per vicarios suos, **ihre Stab- ald Statthalter:** Juniores quandoque, vid. JOH. MELCH. FUCHS, *in suis Addit. ad Chr. Lehm. Chron. Spir. L. 2. c. 22. p. 87. b.* nec non minores, vid. HINCKMARUS, *in Epist. ad an. 788.* vocatos: Scultetos nim. Shultesios, Shuldesios, **Schulten/ Schultzen/ Schuldheissen/** in Civitatibus: Centenarios verò Comites, & Judices, **die Zent-Graven/** in vicis.

(b) **Denen Scheppen/ Schöppen/ oder Schöpffen:** ab antiquo, hodieque antiquato propemodum Germanico vocabulo, **Schaffen/Schopffen/** i. e. eligere, creare, constituere, (quia nim. ut in textu dicimus, speciatim eligebantur) ita fortè, sec. H. GROTIUM, *in append. Epist. 737.* aliàs verò etiam, in Legibus maximè Repuariorum, atque Salicis, Rachim-

giis, (*c*) prævià electione, ex ingenua, meliori, atque potissima plebe, instituta, (*d*) populo consentiente, (*e*) adjunctos. Datâ tamen, non solùm Sacrum Episcopale judicium, lite etiam penes Comites jamjam pendente, adeundi. (*f*) Sed & ulteriori, ad missos regios, (*g*) quin & hisce justitias facere negligentibus, causamve

 autho-

chimburgios, Razburgios, Ratzenburger/ vid. CHR. LEHM. *d.l.* à vocabulo Germanico, Rath/ vel recht/ ex mente B. JOH. NIC. HERTII *in Not. Veteris Germ. populor. p. 1. c. 4. §. 7. in Vol. 2. Opusc. Tom. 1. p. 65. & 66.* & Argentorati, sec. ULR. OBRECHTUM, *in Prodr. Alsat. Rer. cap. 9. p. 181.* quin & alibi, Constapfolarios, (nomine, adhuc hodie, Germanis præsertim Rhenum accolentibus, Judiciique, Assessores, die Constoffler nuncupantibus, usitato, suamque originem, à publico Judicii loco, Stapholæ, mallique nomine insigniri solito, trahente: B. HERTIUS. *in Diss. de Consultationibus, Legib. & Judiciis, in specialib. Rom. Germ. Imp. Rebuspubl. §. 16. in Vol. 1. Opusc. T. 2. p. 434. & 435.*) nuncupatos: De quibus plura videri possunt *in elect. Diss.* FRID. BRUMMERI, *de Scabinis antiquis; medii ævi, & recentiorib.* & adhuc plura videri possent, siquidem antelaudati Ulr. Obrechti Prod. Volumen *II.* prodiisset in publicum.

(*c*) Seu Legatis atque Commissariis, è Palatio regio, in Civitates & provincias, extra ordinem, cum amplissima potestate, annuatim missis: vid. CAR. DU FRESNE, *in Gloss. ad Script. med. & inf. Latin. lit. M. h. voce. p. m. 653. in fin. & 654.* Dominicorum quoque, & Regalium missorum nomine, nec non Legatorum à Latere Regis, insignitis: vid. B. HERTIUS. *in Notitia Regni Franc. Veter. cap. 5. §. 27. in Vol. 2. Opusc. T. 2. p. 406. seqq.*

(*d*) Vid. ANSEGISI *Collectio Capitul. Reg. Franc. L. 3. c. 33. & 56. & cap. addit. L. 5. c. 73. 74. & 75.* Add. CHRIST. LEHM. *L. 4. Chron. Spir. cap. 11. p. 261. a.*

(*e*) Numero interdum 7. vid. *dict. Cap. L. 3. c. 40.* & CHRIST. LEHM. *dict. loc.* ubi Civitatis Spirensis exemplum: & *L. 2. c. 22. p. 87. b.* non nunquam verò plures: vid. *capit. Ludov. Pii, d. ao. 819.* ap. STEPH. BALUZ. *Tom. 1. Capit.*

(*f*) Vid. locus, quem *ex L. 6. Bened. Levitæ Capit. Franc. cap. 281.* HERM. CONR. exhibet, *§. 34. d. Jud. Reipubl. Germ.* ubi simul notat: Judicium hoc longè præstitisse cùm multitudine negotiorum, tùm authoritate & dignitate, Comitum judicio.

(*g*) Commissa etenim Missis erat regiis potestas inquirendi in mores eorum, qui populi constituti erant Rectores: quomodo justitias facerent? perscrutandi: Populique oppressiones relevandi, unà cum facultate, siquidem è re id ipsum videretur, malos injustosque Scabinos ejiciendi, & in locum ipsorum, meliores

authoritate ſua componere non valentibus, ad ipſum Palatium regium, (h) provocandi facultate.

X. Et cùm poſt Carolingos quoque, ſub Conrado I. eundemque inſecutis Regibus atque Imperatoribus Romano-Germanicis, cùm in antedictis, tùm in illis quoque, quæ ſub Henrico poſtmodum Aucupe, (i) & hunc excipientibus, eisdem acceſſerunt, Imperialibus urbibus, priſtina duraverit Reipbl. forma, (k) in eô tantummodo non nihil alterata, quod non ſolùm, ceſſantibus

liores eligendi. Vid. *cit. Coll.* ANSEGISI *L. 2. c. 12. 26. 28. L. 4. c. 66. & L. 5. c. 183.* & omnino CAR. DU FRESNE, *d. l. p. 654.* HERM. CONRING. *dict. Diſſ. d. Judiciis Reip. Germ. §. 36.* CHR. LEHM. *in Chr. Spir. L. 2. cap. 10. per tot.* nec non JOH. NIC. HERTIUS *d. l. & in Diſſ. d. Origine & Progr. Special. Rom. Germ. Imp. Rerumpbl. §. 5. in Vol. 2. Opuſc. T. 2. p. 14. & 16.*

(h) Ubi deinceps, de cauſis eò legitimè delatis, cognoſcebat Comes interdum Palatii, nonnunquam verò Rex aut Imperator ipſe. Vid. CONR. *d. diſſ. §. 38. & 39.* Hicque, in Comitiis ſæpius univerſorum regni Senatorum, uti patet ex locis adductis à CHR. LEHM. *d. L. 2. c. 39. p. 134. b.*

(i) Hunc enim, poſt pacem ab Ungaris, ad novennium obtentam, perplurium, non in Saxonia tantùm, ſed & aliarum quoque in Germania Urbium Authorem atque conditorem, eaque propter, ab HERM. CONRINGIO, *in Diſſ. de Urbib. Germ. §. 82.* utut, ex ſententia JOH. HENR. MEIBOMII, *in Introduct. ad Hiſt. Infer. Saxon. p. 32.* minus adæquatè, verum Theſeum Germanicum conſtat eſſe vocatum.

(k) Aſſertio enim illa, Carolingica gente extinctâ, omnes omnino Civitates factas fuiſſe mediatas, atque provinciales, quam, inter alios, magni cœteroquin nominis JCtus DN. JOH. PETR. LUDEWIG, *in Diſſ. d. Civitatum diſpari nexu cum S. R. Imperio, cap. 3. per tot.* defendere ſatagit, oppidò quam falſa, ex nunquam Nobis probato, ab EODEM verò, *in Diſſ. de Conrado I. Orient. Francor. Rege, integro cap. 4. in Germania Principe, ſub eod. & in Comment. ad A. B. Tit. 2. §. 8.* latius defenſitato profluit principio, quod poſt Carolingicæ ſtirpis interitum, ſub Conrado I. eundemque excipientibus Impp. plena jam, in omnibus Ducatuum partibus, acceperint Superioritatis Jura, Duces, Provinciarumque Rectores: Quemadmodum verò errorem hunc, jam diu, non ſine ſumma ratione, notavit, atque, pro more, omnium deſtruxit ſolidiſſime, ILLUSTRIS, POR. REG. CONSIL. INTIMUS, & HALENS. PROF. FAMIGERATISS. DN. NIC. HIER. GUNDLINGIUS, *Patronus ac Praeceptor*

tibus nunc Regiis Missis, & Scabinorum electio, Missorum loco, à Comitibus atque Scabinis, populi consensu accedente, peracta jam sit, & egregia quoque petierit instantia, populo, ad Missos hosce antehac concessa; (*l*) Verum etiam,

ceptor quondam noster, sine ingenti veneratione non nominandus, in scita sua, *de Statu Reipubl. German. sub Conrado I. Franciæ Orient. Rege, Dissert. §. 7. in not. lit. a. b. sqq. p. 34. sqq.* Ita argumentis ab EODEM *ibid.* adlatis, in specie, rat. Civitatum Imperialium, vel hoc addimus unicum: quod, siquidem eo jam tempore, Civitates in universum omnes, ex immediatis evasissent mediatæ, Ducumque propriæ, non solùm, inter Civitates Præfectorias, atque Regales frustra distinxissent Imperatores, Otto II. *in charta d. ao. 974.* ap. NIC. ZYLLESIUM, *in Defens. Abbat. S. Maximini, p. 27.* Otto III. *in charta d. ao. 990.* & Henricus II. *in ch. d. ao. 1005. ap. eund.* Sed & in Duces vel maximè fuissent injusti, per plures Civitates Episcopis concedendo, Abbatibus, atque Comitibus; è contrariò autem ejusmodi facta à nullo unquam coævo Scriptore, tanquam injusta, reperiamus notata: Et quamvis ad hæc, quod per Civitates hasce regales, non nisi in Germania Rheno vicina sitæ intelligi debeant, quas tamen, etiam post Carolingos, immediatas mansisse, ante laud. DN. **Ludewig** fateretur ipsemet, *in dict. de Civit. disp. nexu, Disp. cap. 5. §. 3. & 4.* regeri posse videatur: Attamen, præter manifestam, quam in duobus hisce inter se collatis locis, deprehendimus contradictionem, Exceptionem hanc, vel unicum Ratisbonæ refellit exemplum, quam, Regiam Ottonis I. ætate nuncupat Urbem WITTECHINDUS: Adhæc, pluribus præterea aliis, suam omni tempore illibatam mansisse immedietatem, Vir testatur harum rerum peritissimus, HERM. CONRING. *in Diss. d. Urbib. Germ. §. 119.* quas omnes & singulas Rheno vicinas esse, hactenus nunquam meminimus.

(*l*) Extremâ tamen, à Comitibus, ad Imperatores, provocatione omninò salva manente. De hisce etenim, ex Germaniæ nostræ Historia, constat abunde, quod non solum Subditorum, contra Officiales suos, querimonias benignè auscultaverint, verum etiam, eum potissimum in finem, ut nim. conditionem percontarentur singularum provinciarum, &, quomodo officio ipsis concredito defungerentur in illis, Duces atque Comites? comperirent, ac, ne quis ullibi tumultus oriretur, aut seditio, prohiberent: neque uni Provinciæ nimis existerent molesti, ad Ludovicum Bavarum usque, Monachii perpetuo fere residentem, nullam sibimet fixam constituerint sedem: Vid. B. HERTIUS, *in Disp. d. Fid. Diplom.*

quod sub Ottonum maxime, nec non Henrici Bavari (*m*) Imperio, ad judiciarium in Civitatibus Imperialibus munus, antea, ut dictum, Laicis solummodo concreditum, (*n*) ex profusa in Clericorum ordinem liberalitate, (*o*) & Episcopi quoque, in plerisque illarum, quas à Carolo M. inde, inhabitarunt, urbium,

plom. Germ. Imperat. & Reg. Sect. 1. §. 16. in Vol. 1. Opusc. T. 2. p. 620. sed potius, antiquo Carolingorum more, sub principium maximè Regiminis sui, uti omnes Germaniæ provincias, ita quoque Civitates imprimis Imperiales, peragraverint, ibidemque, ex Jure sibimet competente, [de quo SPECULUM vide SAXON. das Sächsische Land-Recht / *Lib. 3. art. 60. & L. 1. art. 58.* nec non JUS PROV. SUEV. *cap. 34.*] judicia egerint publica; quemadmodum id ipsum vel ex exemplis patescit *HENRICI II.* qui Argentorati publicum tenuit judicium, ingenti hominum multitudine concomitatum: d. q. DITMARUS MERSEB. *sub S. hoc Henr.* *CONRADI SALICI*, qui, peragratâ non minus universâ Germaniâ, teste WIPPONE, *in Vita ipsius*, Aquisgrani, Ordinationes reliquit admodum egregias: *FRIDERICI I.* similiter omnes propemodum Germaniæ provincias, tempore suo perlustrantis: *RUDOLPHI HABSPURGICI*, qui in plerisque: nec non *HENRICI VII.* qui, salutatis quoque plurimis Imperii Civitatibus, Caloniæ: pro Tribunali considere non dubitarunt, aliorumque Imperatorum passim.

(*m*) Propter solennem, in Sanctorum numerum, relationem, à Pontifice Eugenio III. [procul dubio, intuitu immensæ ipsius, Germaniæ tamen nostræ vel maximè exitiosæ, adeoque à NIC. SCHATHENIO, *in Annal. Paderborn.* frustra defensitatæ, Clericam in gentem, benignitatis] Actis Canonizationis, ap. LAUR. CHERUBINUM, *in Bullario M. sub. Eugenio III. Tom. 1. p. 61.* testantibus, factam, Sancti aliàs vocati, eaque propter etiam à JAC. GRETSERO, *in Tr. d. divis Bamberg.* reliquis Bambergensibus Divis adnumerati.

(*n*) Quin & quorundam nonnunquam Fiscalium Jurium emolumentum.

(*o*) Quam promovit insigniter falsa non modo persuasio, in omnibus Ottonum Impp. Diplomatibus, Clericorum privilegia continentibus, conspicua: nim. cùm ad præsentis vitæ felicitatem, tùm ad æternæ beatitudinis præmia capessenda ipsis vel maximè profuturum, si Sacerdotum semet accommodarent petitionibus: verum etiam ratio quædam politica, in eo potissimum fundata, quod urbes ejusmodi, pagos, & vicos, præ Laicis, officia ipsis ab Impp. concredita, jam tum hereditaria reddere meditantibus,

urbium, admissi fuerint. (p) Dijudicatu itidem facillimum est, neque ab hisce temporibus, amicabilis hujus Judicii Originem repetendam, aut ullâ unquam ratione probabile esse, tantam jam illâ, multoque minus Carolingorum ætate, Civitatibus Imperialibus competiisse libertatem, ut præter illos, quos ab Imperatoribus acceperunt atque Regibus, alios seligere potuerint arbitrarios Judices.

XI. Quemadmodum verò ingruentibus turbulentis temporibus illis, quibus tantum intercedebat in Germania nostra, Imperium inter ac Sacerdotium, schisma, tantæque inter Imperatores ac Principes Imperii, dissensiones, ut à Romanis Præsulibus continuo excommunicationis fulmine prosecuti: omni, Ecclesiasticorum æque (q) ac Secularium Principum auxilio destituti: & ob damnatas Aulæ Romanæ machinationes, nec à propria progenie tuti existerent Imperii nostri Moderatores summi, priori, Germaniæ Urbes fortuna

tibus, beneficiaque in Authorum sæpius exitium vertentibus, Episcopis concredere, vel ideò videretur satius, quoniam ejusmodi quid ab hisce metuendum non erat; Eorundem constitutione, atque abdicatione, indubitatò adhucdum illo tempore, ac sine omni prorsus controversia, in nostrorum Imperatorum manibus constituta: quin, horum potius ope Imperatores contra Seculares Proceres uti poterant. Vid. NIC. BURGUNDUS, *Lib. 1. Hist. Bavar.* verbis: *Antea, si incivilius se Duces gererent, adhuc in obsequio Episcopi erant, qui potentiæ suæ terrorem contumacibus objiciebant.*

(p) Vid. HERM. CONRING. *Diss. d. Urbib. Germ.* §. *107. seqq. & in Diss. d. Ducib. & Comitib. Imperii Germanici*, §. *25.* DAN. HEIDERUS **in seines gründlichen Historischen Berichts / von den alten Reichs- und Kasten-Vogtheyen anderm Theil** / *s. in Apol. Mon. Prælim. 4. p. m. 30.* CHR. LEHM. *in Chr. Spir. L. 4. c. 3.* Ipsorum deinceps nomine, Jurisdictionem exercentibus, judiciisque præsidentibus Advocatis, seu Vicedominis, ab ipsis nunc ut plurimum Episcopis, ex Laicorum gente desumptis: **Denen Thum-Vögten / Casten-Vögten** / CONR. *d. Urb. Germ.* §. *116.* eorundemque vicariis.

(q) Hi enim, per antecedentium Imperatorum inofficiosas donationes fiscô regio eum exhausto in modum, ut nihil propemodum Successorum reliquum manserit liberalitati, pristinæ statim erga Imperatores fidei nuncium mittentes, cum Pontifice, Principibusque Secularibus quàm pluribus, communem adversus Imperatores causam agere non dubitarunt.

respexit multo melior: (r) Imperatoribus quippè, unicò propemodum Imperii Civitatum, illo jam tempore admodum opulentium, (s) præsidio tectis, ad firmandam magis dignitatem potestatemque regiam, ac imminuendam nonnullorum Imperii Procerum potestatem, quàm Regno expediebat, altius excretam, de eximendis non tantum potentioribus, & Episcoporum non minus, (t) quàm Ducum, Comitumque, in quas, indeliberato Antecessorum animo pervenerant, manibus; (u) Sed & de iisdem non minus, ac quæ jam antehac immediate

(r) Vid. NIC. BURGUND. *L. 1. Hist. Bavar.* in verbis: *Urbes denique Imperiales, inter Pontificum Imperatorumque dissidia, & fœdam tempestatem illorum temporum, erigentes supercilium &c.*

(s) Uti vel ex OTTONIS FRISINGENSIS *Lib. 1. cap. 52.* ubi, describendo res, circa ann. 1114. à Friderico Sueviæ Duce, in gratiam Henrici V. Imp. gestas, *Fridericus*, inquit, *de Alemannia, in Galliam, transmisso Rheno, se recipiens, totam provinciam, à Basilea, usque Moguntiam, ubi maxima vis regni esse noscitur, ad suam inclinavit voluntatem:* aliisque apparet locis, ab HERM. CONRING. adlatis, *in Diss. de Urbib. Germ. §. 92. seq.*

(t) Nam & horum potentia regno jam videbatur vel maxime exitiosa; ob eam non modò, quam paulo ante, *sub. lit. 5.* adduximus, causam, sed & ob plures adhuc alias à CHRIST. LEHMANNO propositas, *in L. 4. Chron. Spir. cap. 3.* pleniusque illustratas à DAN. HEIDERO, in seines gründlichen Historischen Berichts von den alten Reichs- und Kaisen-Vögteyen anderm Theil / *s. in Apolog. cap. 2. p. 100. sqq.* quarum non erat minima, sed omnium penè præcipua, facta ab Henrico V. Imp. in Comitiis Wormatiensib. ao. 1122. Episcoporum atque Abbatum Confirmationis, perque baculum & annulum Investituræ renunciatio, d. qua videri merentur: JURETUS *in Not. ad Ivon. Carnot. Ep. 236.* HESSO SCHOLASTICUS, *in Tract. Pacis inter Calixtum II. & Henr. V.* H. CONRINGIUS, *in Exerc. d. Constit. Episcop. Germ. §. 55. sqq. iunct. §§. hosce anteced.* P. MAIMBURG, *dans son Histoire de la decadence de l' Empire.* HUGO FLORIACENSIS, *Tr. de regia potestate & Sacerdotali dignitate, p. 54. sq.* ap. STEPH. BALUZ. *Tom. 4. Miscell.* P. DE MARCA. *in Tr. d. Concordia Sacerdotii & Imperii Lib. 8. cap. 20 & 21.* JOH. SCHILTERUS, *d. Libertate Eccles. Germ.* & CASP. ZIEGLERUS, *d. Episcopis.*

(u) Quod Episcoporum potestati plures subductæ fuerint Civitates, CHRIST. LEHMANNUS testatur, *Lib. 4. Chron. Spir. cap. 5. p. m. 240. b.* Idem Ducum

immediate suberant ipsis, Civitatibus, per varia, pro pretio: pro insignibus interdum meritis: aut munere etiam merè gratuito, concessa haud parvi momenti privilegia, in fide sibi, contra reliquos Imperii Proceres, retinendis, vel maximè solicitis; (*vv*) Ita, Imperii Civitatibus, hac ratione, in dies magis magisque, &, per nefandam imprimis Conradini decollationem, nec non Zaringensium obitum, aliorumque Ducum, Comitumque impotentiam, (*x*) numerò crescentibus: &, per commerciorum augmenta, potentiâ; &, per Impera-

cum intuitu, fecisse Imperatores, vel unicum Friderici Barbarossæ evincit exemplum, proscriptô Henricô Leone, duas statim haud parvi momenti Civitates nostro restituentis Imperio: Lubeccam nempe, Vid. ARN. LUBECCENS. *in Contin. Helm.* Al B. CRANZ. *in Vand. L. 6. c. 15.* & Ratisbonam: AVENT. *Lib. 6. Annal. Bojor. in fin.* non verò, ut B. HENR. COCCEJUS putat, *in Juris publ. prudentia, cap. 3. Sect. 1. §. 12.* & DN. LUDEWIG, *in Diss. d. Civitatum dispari nexu cum S. R. Imperio, cap. 5. §. 10.* Ægram quoque, utpote quam â Conjugis potius Adelheidis patre, Theobaldo, Marchione de Vohburg & Cambe, in dotem acceptam, Eundem Fridericum Imperio donasse constat.

(*vv*) Vid. omnino LEHM. *d. l. p. 241. a* in verbis: **Als die hochschädliche Spaltungen und Krieg im Reich / zwischen Kayser Heinrich dem IV. an einem / und denen Bischöffen und Hertzogen in Sachsen / Bayern / Schwaben / am andern Theil / angezündet / und daraus langwürige grosse Krieg entstanden / zeugen die Historici,** Alb. Stad. Helm. Chron. Slav. l. 1. c. 28. **daß die Städt am Rheinstrom / sich insonder gegen dem belästigten Kayser getreu und behülfflich verhalten / da hingegen die weltliche Fürsten den freyen eigenen Fürstlichen Gewalt / den sie von seinen Vorfahren am Kayserthum empfangen / desgleichen die Bischöff ihre Macht wider den Kayser und andere verwendt und mißbraucht haben: Solche aufrechte und unterthänigste Hülffe / Huld / Treu und Beystand der Städte haben die König und Kayser behertziget / und dem Reich und ihren Nachfolgern an demselben / insonders fürträglich / nutz / gedeylich / und zu Erhaltung ihrer Kayserlichen Hochheit gemäß erachtet / so sie die Städt gleicher Gestalt / als die Fürsten aller Freyheit der Regierung theilhafftig machten.**

(*x*) Variis ex causis, quas refert HERM. CONRING *p. 3. ad Lampad. d. Republ. Rom. Germ. c. 5. §. 26. p. 192. in Diss. d. Urbib. Germ. §. 126. & in Diss.*

Imperatorum, priorumque Dominorum munificentias, libertate: Deficientibus è regione Missis ut dictum veteribus regiis: Deficientibus, sub justo longioribus nonnunquam interregnis, &, quoad potestatem pristinam, in universum decrescentibus, inque quam plurimis Imperii Civitatibus, maximè recentioribus, (y) [aliorum munerum constitutione, Henrico jam V. authore, (z) libero oppidanorum arbitrio relictâ,] rerum tantummodò Criminalium præturam habentibus: quin & hinc inde (a) jamjam redemptis, aliove modo remotis Imperialibus Præfectis,

Diss. de Ducibus & Comit. Imp. Germ. §. *28. sqq.* & JOH. NIC. HERTIUS, *d. Orig. & Progr. Spec. Rom. Germ. Imp. Rerumpubl.* §. *18. Vol. 2. Opusc. Tom. 2. p. 38. seq.* progenitam.

(y) CONRING. *dict. Diss. d. Urb. Germ.* §. *125.*

(z) CHR. LEHM. *L. 4. Chron. Spir. cap. 11. p. 261.* Ubi de Civitate Spir. ita loquitur: **Demnach Kayser Heinrich der fünffte / diese Stadt vor andern zu erhöhen fürgenommen / vermög des Eingangs hernach gesetzten** Privilegii, **hat er eine solche Form des Regiments eingeführet / dergleichen zuvor in Teutschland niemals herkommen / noch einige des Teutschen Reichs Statt solcher gestalt jemahls regiret worden. Aber von derselben Zeit / allenthalben auch in Landesfürstlichen eigenen Stätten in Brauch erwachsen / daß ist also / das Burgermeister und Rath / so aus der Burgerschafft erwehlet / im Nahmen Kayserl. Majestät und des Heil. Reichs / das Regiment der Stadt / zu dero Ehren / Wohlfahrt und Besten / zu tragen:** &c.

(a) Jam Fridericum II. Imp. Francofurti Advocatum Imperii abolevisse, fructibus Advocatiæ Sculteti officio assignatis, charta testatur, Rechardi Regis, d. ao. 1257. in Privilegiis Francofurt. *p. 1. pr. 8.* & ap. CELEB. DN. JOH. CHRISTIAN. LUNIGIUM, *Patronum nostrum uti certissimum, ita Colendissimum*, **in des Teutschen Reichs-** *Archivs, Part. spec. 4.* **und letzten** *Contin.* 1. **Theil / 14. Absatz / von Franckfurt am Mayn /** *num. 8. p. 559. seqq.* Idem, de Argentorato testatur JAC. TWINGERUS, à patria sua, KOENIGSHOVEN alias, it. REGIOVILLANUS dictus, **in seiner Elsaßischen und Straßburgischen Chronick.** Similia fecisse Friderici II. Successores, non solum, quod in omnibus propemodum Imperii Civitatibus, bannum regium, **den Blut-Bann / Königs-Bann /** vel ipse exerceat Magistratus, vel electus ab Eodem, è Patriciorum, Civiumve suorum numero, Prætor, (. Ammannus, aut Sculteus, **der Stadt-Ammann / Stadt-Schultheiß /** Senatui, in casu, quô sententia ferenda

fectis, (*b*) non ex Comitum nunc ſemper, ſed Nobilium plerumque, quin & propriorum Patriciorum ordine deſumptis: (*c*) Deficientibus denique publicis

Cccc Impe-

da ſuper Crimine, capitali pœna mulctando, [**bey Schöpffung der Blut-Urtheil.**] præſidens: vota exquirens: baculum judiciale frangens: atque executioni ad extremum usque inſtans: cœteroquin, cum Scabinis, ſ. Aſſeſſoribus ſuis, & controverſias dijudicans, debita, atque negotia civilia minoris momenti reſpicientes: Vid. omninò DAN. HEIDERUS, *in Act. Lindav. p. 48. in med. & in adject. docum.* **denen Beylagen/** *ſub. lit. pp. 1. p. 580. in fin. & 581.* ubi hæc ipſa, Civitatum, Ulmæ, Nordlingæ, Mimmingæ, Lindaviæ, Dinckelſpülæ, Biberaci, Campiduni, Kauffbeuræ, Wangenæ, Leutkirchæ, Isnæque, illuſtrat exemplis; Verum etiam, varia ſatis evincunt ſubſequentium Imperatorum, hanc in rem extantia privilegia, egregio rei literariæ bono, publici nunc juris facta ab antelaus. DN. LUNIGIO, *cit. Cont. 4. p. 1. & 2.* & quidem in ſpecie, quoad Ludovicum Bavarum, privilegium Civitatis Norimbergenſis, d. ao. 1323. *in Cont. IV. p. 2. 35.* **Abſ.** *n. 4. p. 87. & 88.* Carolum IV. Hailbronnæ, d. ao. 1364. **im 21. Abſ.** *n. 24. p. 894.* Wenceslaum: Uberlingæ d. ao. 1384 **im 45. Abſ.** *n. 1. p. 541.* Ravenspurgi, d. ao 1396. **im 38. Abſ.** *n. 10. p. 219.* Eslingæ, d. an. 1391. ap. *Egregium Würtemb. Literar. Decus,* CONSULT. DN. DATTIUM, in ſuo nunquam ſatis laudato Opere, *d. Pac. Publ. L. 1. c. 1. n. 93.* & d. ao. *1398.* ap. eund. *d. l. n. 95.* & LUNIG. **im** *13.* **Abſ.** *n. 13. p. 503.* Wilæ, Bopfingæ, d. eod. a 1398. **im 48. Abſ. von Weyl/** *n. 10. p. 591.* & **im 5. Abſ. von Bopffingen/** *n. 2. & 4. p. 209. ſeqq.* & Lindaviæ, d. ao. 1400. **im 29. Abſ.** *n. 11. p. 1305.* A Ruperto Palatino Imp. ao. 1401. Ulmam, Civitatem patriam Biberacum, Leutkircham, Bopffingam, [quam tamen jam citius liberatam eſſe, paulo indigitavimus ante] Nordlingam, Alam, Dünckelſpülam, Civitatem S. Galli, Conſtantiam, Buchhorniam, Wangenam, aliasque: Ao. 1403. Memmingam: Ao. 1408. vero Capidunum: libertatem, banum exercendi regium adeptas eſſe, teſtis eſt omni propemodum exceptione major, B. JOH. SCHILTERUS, *in Comm ad Jus Feud. Alamann. ad c. 42. §. 29. p. 263. in fin. & 264.* Idemque loquuntur Documenta publica, à DN. LUNIGIO, aliis harum Civitatum privilegiis, in ſpecie, quoad Campidunum, [utpote cujus nullam injecit mentionem antecit. SCHILTERUS] *p. 1. in addend. num. 9. p. 1510.* Sigismundus Imperator Banno hoc regio donavit, Ao. 1418. Kauffbeuram: Vid. ID. LUNIG. *Cont. IV. p. 1.* **im 25. Abſ.** *n. 12. p. 1256.* A. 1422. Rothenburgum ad Tubarim: *vid. p. 2.* **im 41. Abſ.** *n. 10. p. 1341.* Ao. 1429. Halam

Suevo-

Imperii judiciis, & ut plurimum regni quoque Comitiis ipsis, ac plerisque controversiis, ab Henrici IV. tempore, (*d*) armis magis agitatis, atque bellis, quàm Judiciis, illo tempore despicatui habitis: Cæsarumque cùm potestate, tùm authoritate, incredibilem in modum imminutâ, Ea nunc incidisse videntur tempora, â quibus, amicabilis hujus Judicii fundamenta repeti posse, firmiter omninò credimus, rationibus ad hoc adducti, haud forsan inidoneis.

XII. Eos etenim, qui vel limina modo patriæ adierunt Historiæ, latere non potest, abhinc jam decimo tertio Seculo, Civitates Imperii, pro derelictis sæpenumero habitas, ac tantum non prorsus destitutas, & pro defensione sua, & ad firmandam Pacem publicam, (*e*) inaudito hactenus in Germania, sed utili admodum exemplo

Suevorum, *p. 1.* im 22. Abs. *n. 6. p. 903.* Ao. 1431. Weissenburgum in Nordgovia, *p. 2.* im 49. Abs. *n. 15. p. 618.* Ao. 1433. Gemundam & Alam, *p. 1.* im 17. Abs. von Schw. Gem. *n. 2. p. 822. &* im 2. Abs. *n. 8. p. 83.* A. 1434. Donawertham, im 10. Abs. *n. 24. p. 418.* Fridericus III. ao. 1443. Schwinfurtum, *p. 2.* im 43. Abs. *n. 36. p. 420.* Ao. 1464. Winshemium, *p. 2.* im 53. Abs. *n. 15. p. 672.* & Ao. 1481. Giengam, *juxta vidimus* des Landgericht-Verwesers/ *d. eod. ao.* im 19. Abs. *n. 13. p. 837.* Maximilianus verò I. ao. 1495. Reutlingam, *p. 2.* im 40. Abs. *n. 7. p. 311.*

(*b*) Denen Reichs-Vögten/ oder Reichs-Schulheissen/ Quamvis enim antiquiori ævo, Scultetus cum Præfecto idem non fuerit, sed *hujus potius* substitutus Vicarius: Imò, quamvis adhuc hodiè, Differentia hæc in quibusdam deprehendatur Civitatibus, quorsum pertinent, quæ habet CELEB. DN. BURCKH. GOTH. STRUVIUS, *in Synt. Jur. Publ. Diss. 21. §. 23. & 24. p. 449. & 450.* Attamen, sequioribus temporibus, [quibus nim. judiciarium illud in Civitatibus munus, & aliis demandatum est, Comitum dignitate inferioribus, qui Civitates ut plurimum ipsimet inhabitantes, partes suas perraro commiserunt aliis] & vel à Rudolphi I. ætate, hoc ipsum discrimen plerisque in locis desiisse videtur: Conf. DAN. HEIDER. *in Act. Lindav. p. 577. sqq.* ubi plura exhibet loca, in quibus Præfectorum & Sculetorum, nec non Ammannorum nomina Synonymicè accepta fuerunt.

(*c*) Vid. DAN. HEID. in seinem gründl. Historis. Bericht von denen alten Reichs-Vogdteyen. *p. 1. p. 12. post. med.* in den Beylagen: *sub lit. ooo. & ppp. p. 89. seq. & in Act. Lindav. p. 48.* nec non NIC. MYLERUS AB Ehrenbach/ *in Archologia Ordinum Imperii, cap. 21. §. 11. seqq.*

(*d*) Vid. DN. DATTIUS, *d. Tr. d. Pac. Publ. l. 1. c. 3. n. 24. seqq.*

(*e*) Quamvis enim variæ hinc inde ab Imperatoribus, publicatæ fuerint de pace

exemplo, variis sibimet prospexisse fœderibus, universalibus modò, à plurimis, si non omnibus, (*f*) modò particularibus, à paucioribus, eum proximè vicinis ut plurimum, (*g*) contractis. Cum autem in hisce dfœderibus, nunquam non fuerit cautum, ut, si quando uni alterive ex confœderatis, Civitati, vis

pace publica Constitutiones, uti videre est, ap. sæpe dict. DN. DATTIUM, *cit. c. 3. & seqq.* & in compendio, ap. DN. CRISTIAN. GODOFR. HOFFMANNUM, *Fautorem ac Patronum nostrum maximopere subspiciendum, in specim. conjectur. Politic. d. Orig. & Nat. Leg. Germ. privat. antiquar. &c. Per. V. §. 3. in not. lit. b. p. 96.* adeó tamen levis earundem erat affectus, ut peculiaribus potiùs fœderibus, Imperatorum plerumque jussu, vel consensu initis, per duo fermè secula, prospicere sibi coacti fuerint Status Imperii.

(*f*) Ad hanc classem, primum pertinet Imperii Civitatum Fœdus, Rhenanum vulgò nuncupatum, ao. 1254. sine publicis ab initio auspiciis, à quibusdam tantummodo Rheno vicinis, postmodum autem à 60. & amplius Civitatibus, nonnullisque Imperii Principibus ac Dominis initum, atque à Wilhelmo Rege, publica constitutione, (quam exhibet DN. DATTIUS, *d. Tr. L. 1. c. 4. n. 20.*) confirmatum: d. quo Vid. omnino laud. DATTIUM, *d. l. n. 31. seqq. p. 23. seqq.* 2.) Fœdus Hanseaticum, sub Interregni temporibus, commerciorum principaliter causa pactum, indeque etiam, **Hanse-Bund** / i. e. **Handels-Bund** / dictum: d. quo plura habent CHRIST. WILH. WERDERHAGEN, *in pec. Tr. d. Rebuspbl. Hanseat.* LAMBECCIUS, *in Originib. Hamburg.* & JOH. ISAC. PONTANUS, *d. Reb. Geldr.* 3.) Civitatum in Superiori & Inferiori Suevia, cum nonnullis Rheno vicinis, de Ao. 1381. ap. DN. LUNIG. *d. P. Sp. Cont. 4. p. 1.* **in der achten Abtheilung / von den Reichs-Stätten insgemein**: *p. 34. n. 30.* & Dn. DATTIUM, *L. 1. d. P. P. c. 8. n. 12. p. 54.* 4.) Civitatum Rhenensium, in Alsatia & Wetteravia: nec non Superiori & inferiori Suevia, Franconia, Bavaria, d. ao. 1384. ap. DATT. *d. c. 8. n. 22. p. 55. seqq.* & LUN. *d. l. n. 35. p. 35.* 5.) Confœderatio 55. Imperii Civitatum, ao. 1385. Constantiæ inita; ap. EUND. *n. 32. p. 39.* &c.

(*g*) Hujus sunt generis e. gr. Fœdera Civitatum Rheno atque Mœno vicinarum, cum nonnullis Comitibus ac Dominis vicinis, d. ao. 1278. ap. DN. LUN. *d. l. n. 4. p. 5.* Civitatum: Moguntiæ: Argentorati: Wormatiæ: Spiræ: & Oppenhemii: de ao. 1325. ap. EUND. *d. l. n. 7. p. 6.* Moguntiæ, Wormatiæ, Lindaviæ, Uberlingæ, cum Comite de Kyburg: d. ao.

quædam quocunque inferretur modo, aut ab ulla unquam persona, proximè potissimum vicinis, eidem in afflictionibus succurrere incumberet, litisque compositionem amicabilem primo experiri omnium, hac verò frustra tentata, & armis venire auxilio; Nullum prorsus est dubium, quin & tumultus atque seditiones, à civibus contra Magistratum suum concitatæ, harum confœderationum virtute, eò sedatæ fuerint modo; maximè, cum & sine ejusmodi fœderis nexu, quoad controversias uti plerasque, ita etiam has in specie, ne in bellum exardescerent, aliarum, inquietatæ imprimis præ aliis, propinquarum Civitatum rogatum fuerit judicium; quemadmodum hoc HERM. CONRINGII, (*h*) DANIELISque HEIDERI (*i*) assertione, illud pluribus exemplis: utrumque autem, argumento, ab ejusmodi arbitrariorum judiciorum confirmationibus, à Carolo IV. Imp. ejusdemque Successoribus, Civitatibus Imperialibus factis, (*ii*) desumpto, probare possumus, reddereque planum.

XIII. Exem-

d. ao. 1327. ap. EUND. *n. 8. p. 8.* Civitatum Suevicarum, Eslingæ: Reutlingæ: Rothwilæ: Heilbronnæ: Halæ: Gemundæ: Wilæ: & Weinspergæ, d. ao. 1331. ap. laud. LUNIG. *d. l. n. 10. p. 11.* & DN. DATTIUM. *d. P. P. c. 5. n. 31. p. 30. seq.* Aliarum Suevicarum Civitatum, d. ao. 1356. ap. EUND. *d. l. n. 38. p. 31.* innumeraque alia, quæ ap. laud. DN. DATTIUM leguntur, *d. L. 1. c. 6. seqq.* LUNIGIUM, *cit. p. Sp. Cont. 4. p. 1.* **in der 8. Abtheilung von den Reichs-Städten insgemein/ & in addend. von den Reichs-Städten ins gemein/** *à p. 1434. usque 1441.* & CHR. LEHM. *in Chron. Spir. passim.*

(*h*) *In diss. d. Judiciis Reipubl. Germ. §. 93. Non dubitandum, vero est*, scribentis, *Missorum illorum veterum regiorum simulque & ordinarii Ducis defectum effecisse tandem à Sec. XIII. in illis terris, quæ olim Sueviæ Ducum Imperio parueruut, uti Urbes complures compromiserint in judicia quædam, quemadmodum à Principibus quoque factum esse, n. 53. docuimus. Neque enim fuit ad manum, qui controversias Senatus populique Urbium, aut Primorum in Urbibus decideret, quod nihil etiam in Cæsaribus tum præsidii esset. Quapropter, ne in bellum lites exardescerent, opus fuit novis Judiciis compromissariis.*

(*i*) **In seinem gründlich-Historischen Bericht von denen alten Reichs-Vogteyen/ in** *Fundament. sub. Lit. zzz. p. Edit. d. ao. 1555. 100.* Ita differentis hanc in rem: *Tum quia per hos trecentos annos*, (nim. usque ad ann. 1639. quo Tractatus hic primùm prodiit in publicum) *non paucæ in Civitatibus Imperialibus seditiones ortæ, quæ tamen vel à reliquis Urbibus vicinis, vel à Commissariis Cæsareis iterum sopitæ sunt.*

XIII. Exempla, ad quæ paulo provocavimus ante, quod attinet, egregium hanc in rem d. Ao. jam 1330. ap. CHRISTOPH. LEHMANNUM (*k*) deprehendimus, ubi ingentem dissensionem, inter Magistratum Spirensem veterem, illosque, qui **die Münzer** dicebantur, & **Haußgenossen** / (*l*) ex una, nec non noviorem Magistratum, Civesque communiter ferme omnes, ex altera parte, obortam, à vicinarum confœderatarum Civitatum, Argentorati, Moguntiæ, Wormatiæ, Francofurti, & Oppenhemii Deputatis, legimus esse sopitam: Aliud Idem retulit LEHMANNUS, (*m*) tumultum, Wormatiæ, ao. 1334. commotum, à Civitatis Moguntinensis, atque Spirensis ablegatis sedatum esse, testificans: Similiter, Ao. 1375. à Moguntiæ & Wormatiæ Deputatis, controversias, Spiræ, inter Magistratum intercedentes, nonnullosque Cives immorigeros, amicabiliter decisas esse, EUNDEM habemus testem. (*n*) Porro ao. 1396. Seditionem Lindaviæ concitatam, à Civitatibus amicis: Constantia, Uberlinga, S. Galli, Ravenspurgo, Wangena, & Buchhornia, pacatam fuisse, ex Recessu cernimus, eod. Ao. à prædictis Civitatibus confecto. (*o*) Denique, ao. 1416. dissensionem, Lubeccæ, inter Senatum veterem ac noviorem, per Civitatum Hamburgi, Rostochii, Stralsundi, Luneburgi, Wismariæ, Stetini, & Gripswaldiæ Senatores eòdem missos, sublatam esse, Recessus evincit illo conditus tempore. (*p*)

XIV. Plura hactenus, adductisque recentiora reperire non licuit Exempla; Interim tamen, & sequentibus quoque, ad Maximilianum usque, temporibus, in casibus obvenientibus, similia observata esse, dubitare nos non sinunt, & temporis intervallum breve, & rerum facies, in Germania nostra, priori proh dolor! non multo melior.

XV. Quemadmodum autem à Maximiliano I. Imperatore publicâ Imperii pace, non temporaria amplius, ut eò usq; sed æterna potius, semperque valitura lege, ao. 1495. in perpetuum sancitâ, ad eandemque, eò firmius stabiliendam, non solum uno eodemque tempore, Camerâ: verum etiam, ut ejus-

 dem

(*ii*) d. quibus *in infer.* plura.

(*k*) *L. 6. Chron. Spir. c. 6. p. 602. seqq.*

(*l*) Revera autem alii non erant, quàm Nobiles, aut Patricii: uti hoc ID. explicat LEHM. *L. 4. c. 14. p. 278. b. & 279. a.*

(*m*) *Dict. L. 6. c. 3. p. 592. a.*

(*n*) *Lib. 7. Chr. Spir. c. 56. p. 726. a. in fin. & seq.*

(*o*) Ap. DN. LUNIGIUM, **in des teutschen Reichs** Archivs **4ter** *Continuation*: **ersten Theil.** *29.* **abs.** *n. 10. p. 1303.*

(*p*) Ap. EUND. Lun. *d. l.* **im** *30.* **abs.** *n. 11. p. 1337.*

dem pacis publicæ rationem haberet, sententiasque in Camerali Judicio latas, adversus publicæ pacis turbatores, executioni mandaret, Ao. 1500. Regimento: (q) &, ut quibus ac quomodo executio hæc mandanda? esset in certo, divisione Imperii, in 6. ab initio Circulos, mox decem, institutis, partim, cum necessitate per fœdera pacem quærendi publicam, & ipsa confœderationum, particularium cumprimis frequentia, pristinaque unà ad succurrendum sibimet invicem, in necessitatibus, uti quibuscunque, ita domesticis quoque, obligatio cœpit evanescere: partim, Imperii, Civitatibus, reliquis Imperii ordinibus immediatis, eatenus, quod nulla illarum, in Maximiliani, sequentiumque Imperatorum Cameræ ordinationibus, quoad forum Austregale, immediatis aliis ibidem concessum, facta sit mentio, deteriori in loco, positæ, arbitrariis judiciis suis, utut ab antecedentibus Imperatoribus, quoad controversias cum aliis Imperii ordinibus, per privilegia expressa confirmatis, in abolitorum censu habitis, indistinctim, in prima statim instantia, coram Camerali atq; Aulico conventæ sunt Judicio; (r) Ita, cum ut Fora hæc, & in Civium semper cum Senatu adirentur litibus, ipsis, pluribus ex causis, adeò non videretur consultum, optimo prorsus consilio, amicabilem ejusmodi motus sopiendi viam, dudum jam singulis, absque generali quidem ac expressa conventione placitam, reassumendam arbitratæ, eandem generaliter in posterum, istiusmodi in controversiis adhibituras, sibimet promiserunt invicem.

XVI. Idque primò, quantum novimus, & (s) credimus, omnium, in Conventu Civitatensi universali, (t) Ao. 1524. Spiræ habito: utpote *in quo*, id

(q) Vid. omnino DN. DATTIUS, *L. 3. d. P. P. cap. 11. & 12.* ubi de Regimento hoc, ejusdemque fine, omnium disserit egregiè.

(r) Prout non solum ex querela patet à Norimbergensi Civitate Carolo V. propositâ, in privilegio conspicua, d. ao. 1540. ap. DN. LUNIGIUM, **in des Teutschen Reichs-** *Archivs / P. Sp. 4. Continuation, p. 2.* **im** *35.* **Abs.** *n. 78. p. 163.* sed & ex Actis Conventus deputatarum Civitatum, ao. 1597. Heilbronnæ habiti, utpote ex quibus, universum Collegium Civitatense illo tempore semet apud Imperatorem eapropter conquestum esse, apparet.

(s) Vel propterea, quod nec ipsi Recessus Civitatenses sequioris ævi, ad antiquiorem hac in re provocant conventionem.

(t) Omnium & singularum Civitatum, ex omnibus Imperii nostri Circulis; à cujusmodi conventibus diversi sunt: Circulares, ubi unius tantum alicujus Circuli: Deputatarum, quando ex reliquis omnibus Imperii Civitatibus

id legimus esse constitutum, ut, siquidem vim pateretur Civitas aliqua, modo quocunque, è reliquarum convocationi destinatis (*u*) proxima, ad illius petitionem, universum convocare deberet Civitatense Collegium, de afflictæ Civitatis negotiis deliberaturum, & cum ejusdem turbatoribus amicam tractationem tentaturum: 2.) In Conventu, Ao. 1528. Eslingæ instituto, ubi (*vv*) priora, eô cum additamento, repetita, ut, causâ remoram non permittente, omniumve Civitatum expectationem, quatuor conscribentes, universarum nomine ac impensis, (*x*) Deputatos quosdam, in inquietatam ablegare, nihiloque tamen

vitatibus specialiter ad hoc deputatæ: & Convocantium, *s.* conscribentium, ubi tantummodo conscribentes congrediuntur Civitates, earundemve potiùs Legati: Vid. PHIL. KNIPSCHILDUS, *in Tr. d. Jurib. & Privileg. Civitatum Imperialium*, *L. 2. c. 11. n. 11. & seqq.* Quænam verò sint Civitates illæ deputatæ, & conscribentes? apparebit ex mox dicendis. Quemadmodum a. hactenus recensiti conventus omnes & singuli, ad convocationem Civitatum conscribentium instituuntur, eaq; propter etiam simpliciter **Stätt-Täge** appellantur; Ita ab hisce suo modo distinguendi sunt Conventus Civitatum ad Imperatoris convocationem frequentandi, qui dicuntur in specie, **Kayserl. Stätt-Täge**: cujusmodi e. gr. ao. 1584. Dünckelspühlæ habitus, ubi Imperator per Commissarios suos eodem ablegatos, integram collectarum imperialium (**der Römer-Monath**) exsolutionem urgebat in Comitiis Augustanis, antehac ab Imperii Statibus promissarum.

(*u*) **Von denen Ausschreibenden Stätten**: Harum autem constitutæ fuerunt quatuor: Argentoratum nempe: Norimberga: Francofurtum: & Ulma: KNIPSCH. *d. l. n. 9. 10. & 15.*

(*vv*) Secundum Recessum illo tempore confectum ejusdemque § **und dieweil auch hievor &c.**

(*x*) Ipsis, ex communi Civitatum ærario, (**aus gemeinsamer Städt-**Cassa) in duabus, quas inter semet habebant, Civitatibus solutionis, (**denen Legstätten**) Francofurto nim. & Ulma, (quando enim in R. J. Aug. d. ao. 1566. **wiewohl nun Churfürsten** 56. & R. l. d. ao. 1582. §. **Wann dann dem heiligen Reich.** 6. Solutionis Civitatum quinque numerantur: Francofurtum: Norimberga, Ratisbona, Augusta, aut Lipsia, sermo ibid. est de Civitatibus solutionis universi Imperii, *s.* de illis, in quibus Imperii contributiones ab omnibus omnino Statibus Imperii exsolvendæ: à quibus autem diversæ sunt utiq; Civitatum quâ separati Collegii, solutioni destinatæ Civitates) asservato, suppeditandis, vel resarciendis.

tamen minus universalem postmodum conscribere tententur conventum: 3.) In Congregatione, Ao. 1535. Wormatiæ facta, utpote cujus vi Recessus, (y) casu, quo in Civitate aliqua exoriretur seditio, eidem proximè vicinam, id ipsum comperientem, illius omni meliori modo sopiendæ gratia, sine omni cunctatione, Senatorum aliquos turbatum in locum deputare, &, quando ab hisce amicabilis compositio effectui dari non potest, reliquas in vicinia eandem tentare oportet: 4.) In conventu communi, Ao. 1582. Spiræ habito: quando nim. cautum ibidem, (z) quod, si novi Calendarii occasione, (a) aut aliam quamcunque ob causam, controversiæ nascerentur Cives inter ac Magistratum, cujuscunque regionis convocans Civitas, etiamsi desuper haud rogata, adoptatis una plurisbusve è proximioribus, quam citissimè eum in locum, ubi illæ concitatæ sunt turbæ, semet conferre deberet, amicâ ut sedentur ratione, operam navatura quamvis possibilem. 5.) In congregatione universali, Ao. 1591. ad diem Bartholomæi, (b) Ulmæ instituta, utpote cujus Recessui (c) præter similia prioribus, id reperimus ulteriùs insertum, quod antecensito in casu, non convocans simpliciter Civitas, sed ex quibuscunque proximè vicinis, duæ vel tres de turbis enatis certiores redditæ, ad easdem comprimendas, quosdam Senatorum suorum eòdem mittere, &, si per illos, res decidi nequeat, sine omni mora 12. Deputatæ Civitates (d) conscribi, ad easdemque, inquietatæ

(y) Et quidem in specie. §. **wo sich aber darüber** &c.

(z) Juxta tenorem §. **und ist anbey bedacht** &c. *Rec. d. eod. ao.*

(a) Quantos enim Calendarium novum, quod Pontifex Gregorius XIII. per solemnem Bullam, ao. 1581. promulgatam, uti universo orbi Christiano, ita etiam omnibus Imperii nostri obtrudere voluit Ordinibus, non in animis modò Protestantium Principum, sed & in Civitatibus Imperialibus, maxime Religionis intuitu mixtis, excitaverit quondam motus? constat, atque in specie, rat. Augustæ Vindelicorum, (cujus etiam occasione, Calendarii hujus, in præsenti Recessu, mentio facta videtur) testantur abunde, illo tempore quæ prodierunt publica scripta: quorsum etiam pertinet Tr. ao. 1586. ib. edit. sub tit. **Augspurgische Händel / so sich daselbsten / wegen der** Religion, **und sonderlich / jüngst vor 2. Jahren / im währenden Calender-Stritt / mit Georg Müller/** D. **Pfarrer und** Superintendenten **daselbst zugetragen.**

(b) Qui terminus erat ordinarius, quô singulis annis, Civitates Imperiales suos instituerunt conventus, certo in loco, omnium, vel duodecim Deputatarum convenientibus Legatis: Vid. PHIL. KNIPSCH. *d. l. n. 10.*

(c) §. **und als man demnach** &c. v. **daß die E. Stätt einander.** &c.

tatæ Senatus & seditiosorum delectus vocari debeant. 6. In congressu 12. Deputatarum, Ao. 1592. Spiræ, & universarum Civitatum, Ao. 1593. facto, ubi priores Recessus, hunc quoad passum, expressè sunt confirmati; (e) Et, postquam in conventibus: Deputatarum, sequenti Anno 1595. Spiræ: Universali, Ao. 1596. Ulmæ: Deputatarum, Ao. 1597. Heilbronnæ, & 1598. Wormatiæ: Extraordinariis universalibus (f) Ao. 1600. Wormatiæ, & 1601. Ulmæ habitis, nihil in specie amplius hac de re, sed in genere tantum, de firmiter tenenda concordia, [von Beybehaltung der vertraulichen Correspondenz, uti loquuntur Recessus] fuerat actum, ulterius adhuc & 7.) in Conventu universali, Ao. 1606. Wormatiæ instituto, utpote in quo, non solum antecedentium Recessuum reiterata confirmatio, sed & extensio facta ad dissensiones inter Civitates ipsas invicem oborturas: (g) Denique 8.) in Congressu universali, quem Ulmæ tenuerunt, Ao. 1614. nam & ibidem, perinde ac in priori, conventionem hanc, à Collegio Civitatensi initam, totque vicibus repetitam, iterum serio admodum corroboratam esse, Recessus testatur eod. Ao. conditus. (h)

XVII. Antedictorum Recessuum, Nobisque ex nonnullarum illustrium Imperii Civitatum Archivis, gratiosè benevoleque communicatorum verba, ut quoad passum concernentem, hîc insereremus, nostrarum equidem videri posset partium; Verum, cùm non solum loci angustia id ipsum prohibeat, sed & adeò certi non simus, numne deficiat Nobis unus aut alter, illustrationi atque probationi, ac priores, æque inserviens? productionem illorum alium commo-

(d) Duodecim Civitates Imperiales deputatæ ordinariæ, (der Ausschuß) ex utroque Scamno, Rhenano æque ac Suevico, sex sunt priores: Ex illo nim. Colonia: Aquisgranum: Argentoratum: Lubecca: Wormatia, & Spira: Ex hoc autem: Ratisbona: Augusta Vindelicorum: Norimberga: Ulma: Eslinga: & Reutlinga: KNIPSCH. *d. l. n. 14.*

(e) Juxta Illorum annorum Recessus, & quidem, prioris §. ferner haben der Erb. von Speyer *&c. & seq.* wiewohl auch das obgemelte Schreiben: posterioris verò §. was zum dritten die in ao. 1591. erneuert / *&c. 3.*

(f) Extraordinarii dicebantur conventus, non ad terminum ordinarium, Bartholomæi diem, sed quem necessitas poscebat, aut utilitas, alium, instituti.

(g) Argumento Recessûs de eod, ao. §. und nachdem man bey diesen Puncten / *&c.*

(h) §. und weilen in vielen Reichs-Stätten / *&c. lectu oppidoquam dignissimò.*

diorem in locum ac tempus reservantes, ad exempla potius pedem promovemus, Recessus hosce insecuta.

XVIII. Quoad hæc, negare quidem haud possumus, lites atque controversias, tam inter Civitates ipsas, quam inter Magistratum ac Cives obortas, frequentius mediantibus Commissionibus Cæsareis : (*i*) quandoque Imperialis, Aulici, atq; Cameralis Judicii Decretis : (*ii*) nonnunquam & ab aliis, quam Civitatibus, arbitris compromissariis : (*k*) quin etiam ab ipso interdum Magistratu atque Civibus, sine alterius decisas fuisse interventione ; (*l*) Interim tamen non desunt nobis Exempla, quibus prædictæ Civitatum Imperialium conven-

(*i*) Prout factum e. gr. Ao. 1584. Augustæ Vindelicorum, Commissarii Cæsarei vices sustinente Wilhelmo, Comite Palatino Rheni : Vid. DN. LUNIG. in des Teutschen Reichs-*Archivs 4.* und letzter *Cont. p. 1.* im 3. abs. *n. 56. p. 137.* Ao. circiter, 1610. & 1611. Aquisgrani, ubi Cæsaris Commissarius erat Ernestus, Archi-Episcopus Coloniensis : prout ex Mandato patet Rudolphi II. d. ao. 1611. ap. LUNIG. im ersten abs. *n. 12. p. 69. & in addend.* von den Reichs-Stätten insgemein : *S. 2. n. 30. p. 1470. seqq.* Ao. 1612. Francofurti, ubi Commissarii munus Joh. Schweickhardo demandatum, Archi-Episcopo Moguntino, & Ludovico, Hassiæ Landgravio : Vid. ID. im *14.* abs. *n. 162. seq. p. 682. seqq.* Ao. 1614. Wezlariæ, hoc ipsum munus obeunte eodem Ludovico Hassiæ Landgravio : juxta ea, quæ habet laud. LUNIG. im *51.* abs. *n. 20. part. 2. p. 635.* Ao. 1650. Hailbronnæ, ubi tanquam Commissarii Cæsarei, lites inter Magistratum atque Cives obortas deciderunt Carolus Ludovicus, Elector Palat. & Eberhardus, Würtembergiæ Dux, uti de hoc testatur Decretum Cæsareum, d. ao. 1654. ap. EUND. im *21.* abs. *n. 28. p. 898. seq.* Ao. 1669. Lubecæ, quo in loco idem perfecit Fridericus Wilhelmus, Elector Brandenb, Vid. LUN. im *30.* abs. *n. 38. p. 1404. seqq.* Ao. 1686. Coloniæ : vid. ID. im 9. Abs. *n. 38. seqq. p. 396. seqq.* Ao. 1710. Hamburgi : LUN. im *23.* abs. *n. 112. p. 1177. & 1245.* vicibusque adhuc pluribus, aliis passim in locis, quæ allegare hîc omnia supersedemus sponte.

(*ii*) Veluti, ao. 1710. Rothwilæ : vid. LUN. *d. l.* im 42. Abs. *n. 26. p. 384.*

(*k*) e. gr. Ao. 1613. Francofurti. Vid. LUNIG. im 14. Abs. *n. 163. p. 693. seqq.* & Ao. 1691. Goslariæ : vid. EUND. im 20. Abs. *n. 17. p. 881.*

(*l*) v. c. Lubecæ. ao. 1554. LUN. *d. l.* im 30. Abs. *n. 22. p. 1356.* ao. 1605. ID. *d. l. n. 28. p. 1379.* nec non ao. 1665. ID. *n. 35. p. 1401.* omniumque sæpissime Hamburgi, prout Recessus testantur Magistratum inter ac Cives,

conventiones ad effectum deductæ, litesque secundum illas, per vicinas, amicabili modo diremptæ.

XIX. Ita enim, *quoad casum priorem*, notatu dignum se nobis offert Exemplum, quod Francofurti contigit Ao. 1612. ubi Civitates vicinas: Argentoratum, Wormatiam, & Spiram, tumultûs ibidem exorti compressionem via hac tentasse amicabili, non solummodo testem habemus B. DN. ABUFFENBACH; (*m*) sed & certiores adhuc redditi sumus, ex Actis Conventus Civitatensis, eod. & seq. Ao. 1614. habiti. Alterum diligentissimæ DN. LUNIGII collectioni ferimus acceptum, Transactionem exhibentis. (*n*) Ao. 1615. inter Magistratum Civesque Alenses, mediantibus Civitatibus vicinis, Ulma, Nordlinga, Hala Suevorum, & Bopfingà, harum conventionum intuitu, semet eòdem conferentibus, initam. Tertium ex iis observare licuit, quæ in conventu Civitatum universali, ao. 1614. Ulmæ habito, pertractata; Ex iis etenim, atque Recessu crevimus eod. ao. confecto, quod & turbæ, tempore illo, Wezlariæ, inter Magistratum & Cives obmotæ, à Civitatibus vicinis, Wormatia & Spirâ, amicabiliter fuerint decisæ. *Quoad secundum*: in Conventu universali, an. 1601. Ulmæ instituto, ut controversiis inter Argentoratum & Spiram intercedentibus finem imponerent, tres conscribentes reliquas, unà cum Wormatia, rogatas fuisse, hocque ipsum, priorum Recessuum extensioni, ao. 1606. in Conventu Wormatiensi factæ ansam præbuisse, ex Recessibus didicimus, iisdem Annis confectis. Neque dubitamus, quin multò plura hanc in rem allegare possemus Fxempla, nisi S. R. G. I. Civitatibus liberis, invisam pristinarum seditionum, atque controversiarum memoriam, per publicationem ejusmodi Recessuum ac Transactionum, refricare merito suo minus videretur consultum.

XX. Sed de nostri Amicabilis Judicii Origine satis abundanter. *CAUSA EFFICENS*, seu, ut genio nosmet accommodemus Seculi moderni, Authores ipsius alii non sunt, quàm Civitates Imperiales ipsæ, quas & liberas nunc indistinctim omnes, neque nobis contradicentibus, vocare poteris, neque aliis; (*o*) Utut prædicatum hoc omnibus olim ac singulis competiisse, negemus. (*p*)

ves, admodum frequenter initi, atque à DN. LUNIGIO, *in P. Sp. Cont. 4. p. 2. 23.* Abs. fidelissime exhibiti.

(*m*) *in tr. d. Consilio Cas. Imp. Aul. cap. 12. Sect. 1. Subs. 7. p. 158. sqq.*

(*n*) In des Teutschen Reichs-*Archivs Part. Spec. 4.* und letzter *Contin. part. 1. in addend.* von Reichs-Städten insgemein. *Sect. 3. num. 1. p. 1474. sqq.*

XXI. Causæ Impulsivæ, vel si mavis, rationes amicabilis hujus Judicii introductionem Civitatibus Imperialibus suadentes, præter generales, hoc ipsum litium

(o) Videsis si placet, VENER. DN. SOCERI NOSTRI, D. SCHWEDERI *Introd. in Jus Publ. J. R. G. p. Spec. S. 2. cap. 9. §. 1.* B. HENR. COCCEJI *Jur. Publ. prud. cap. 17. §. 8. in fin.* & JOH. HENR. FELZII *Diss. d. Jure Legislat. Territ. Civitatum Imp. §. 1. in fin. p. 2.*

(p) Quamvis enim eorum non sint pauci, qui nullo unquam tempore, differentiam subfuisse putant inter Civitates Imperiales tantum, **denen Reichs-Stätten;** & Civitates Imperiales liberas, **denen freyen Reichs-Stätten:** Eosdem tamen satis, ut credimus, refellunt 1.) Literæ Burcardi. Burggravii Magdeburg: quibus Sanctionem A. B. de Pfalburgeris latam, Senatui Argentoratensi intimabat, d. ao. 1356. ap. JAC. WENCKERUM, *in Collectan. Jur. Publ. Disquis. d. Ussburgeris, §. 14. p. 67.* 2.) Tabulæ fœderis Civitatum Constantiensis, d. Ao. 1385. ap. CHRIST. LEHN. *L. 7. Chron. Spir. cap. 67. p. 748. b. in fin. & seqq.* & DN. JOH. CHR. LUNIGIUM, **und des Teutschen Reichs-** *Archivs 4.* **und letzter** *Continuation*, **von denen Reichs-Stätten insgemein:** *n. 32. p. 39. seqq.* 3.) Diploma Wenceslai, in quo Civitatibus, in Suevia tunc fœdere junctis peculiarem promisit tutelam: d. ad. 1387. ap. DN. JOH. PHIL. DATTIUM, *Lib. 1. d. Pace Publ. cap. 9. n. 13. p. 59.* & LUNIG. *d. l. n. 34. p. 45.* 4.) Reversales Civitatum in Suevico fœdere comprehensarum, d. anno eod. ap. laud. LUNIG. *d. l. n. 35. p. 45. & 46.* 5.) Confirmatio Pacis Publicæ à Wenceslao facta an. 1398. ap. GOLDASTUM, *Tom. 1.* **der Reichs-Satzungen.** 6.) Subscriptio Recessus Civitatensis, d. ao. 1486. ap. CHR. LEHMAN. *L. 4. Chr. Spir. c. 4. p. 249. b.* 7.) Responsio Civitatis Colonienſis, in controversia ipsi à Civitate Aquisgranensi, ao. 1495. super præcedentiæ jure, obmota, ap. EUND. *d. l.* 8.) Ordinatio Regimenti d. ad. 1500. *tit. 4. vers.* **Item so sollen auch alle Viertel Jahr:** 9.) Excerpta Recessus Civitatensis, d. ao. 1541. ap. DN. DATTIUM, *L. 3. d. P. P. c. 12. n. 65. p. 609.* 10.) R. J. d. ao. 1555. §. **nachdem aber in vielen Frey- und Reichs-Städten / 27.** & §. **und wir die Verordnete / 30.** aliaque loca atque documenta publica, ita, ut factum, & quod fuerit quondam discrimen aliquod, extra omnem situm videatur dubitationis aleam, majori è contrario, quoad genuinam differentiæ rationem, existente dubio, ubi tamen, spretis, quas vulgò afferre solent, rationibus, talo nixis admodum

litium ſopiendarum remedium in univerſum vel maximè commendantes, (q) eisdem peculiares, aliæ ſine dubio temporibus exſtiterunt jactorum per particularia imprimis harundem Civitatum fœdera fundamentorum; aliæ autem Ejusdem, per conventiones expreſſas, univerſum Collegium Civitatenſe obligantes, ſpecificæ atque formalis conſtitutionis. *Quoad illa*, quantum divinare licet, in cauſa fuerunt 1.) perplures ſeditiones, abhinc Ludovici Bavari Imp. plebejis Civibus contra Patricios, (r) vel maximè faventis, &, ut in quam plurimis Civitatibus, ex forma regiminis ariſtocratica, (s) vel plane Democratica

modum infirmo, à veritatis, veroque ſimilitudinis via Nos haud longe aberraturos credimus, ſi cum B. HERTIO, *in Diſſert. d. Special Rom. German. Imp. Rebuspubl. S. 1. §. 7. in Vol. 1. Opuſc. T. 2. p. 93. & 94.* aſſeramus, Ottonum jamjam & ſeqq. Impp. temporibus, illas Civitates dictas fuiſſe liberas, in quibus, Comitum, Præfectorumque regiorum munus Epiſcopis demandatum fuit, poſteaque, cum tam ingentes inter Civitates, illarumque Epiſcopos, ſuper libertate & ſubjectione, exortæ fuerint controverſiæ, Ipſas hunc ipſum titulum, eò magis, ad indicandam libertatem ſuam ab Epiſcoporum in temporalibus ſubjectione, retinuiſſe, atque conſtanter plerumque uſurpaſſe; Quemadmodum hanc ipſam opinionem, niſi loci prohiberet auguſtia, quoad omnes & ſingulas Civitates, liberas olim dictas, facillimo demonſtrare poſſemus negotio.

(q) Cujusmodi, præter ſupra recenſitum dubium litis eventum, adhuc ſunt ulterius, non ſolummodo Mandatum Divinum; ſed & ſumptuum, quos lites judiciales requirunt, immenſorum: temporis jacturæ: laborum, moleſtiæ, & curarum multitudinis: nunquam non ex litibus orientium inimicitiarum: atque Juramentorum ſæpiſſime in judiciis præſtandorum evitatio: De quibus omnibus & ſingulis videri merentur BERNH. SCHULTZ. & FRID. SCHRAGIUS, *in Diſſ. d. Compoſitione amicabili, integris cap. 3.*

(r) Ex ratione quadam politica, in eo impr. fundata, univerſos Cives Patriciis facilius in fide ſibi contra Anti-Cæſares, Fridericum Auſtriacum & Carolum, Johannis, Bohemiæ Regis filium, præſtanda, retineri, ab eademque difficilius per Romanorum Pontificum excommunicationes abalienari poſſe.

(s) Quæ, uſque ad illa tempora, in omnibus propemodum floruit Imperii Civitatibus: vid. HERM. CONRING, *Diſſ. d. Urbibus German. §. 129.* & cum

mocratica evaserit, vel ex duabus hisce participans, causam præbentis, (t) temporibus, omnes propemodum Imperii Civitates, haud secus ac serpens quidam ignis invadentes: (u) 2.) insignia damna atque incommoda, ex ejusmodi seditionibus, in Civitates redundantia: (vv) 3.) Defectus, in quibus lites hæ dirimi potuissent, Imperii judiciorum, eorundemve admodum minuta authoritas: 4.) reliquorum, tum temporis, controversias litesque decidendi usitatorum

& cum eo, DN. GUNDLING. *in Diss. de Henrico Aucupe, Francia Orient. Saxonumque Rege*, §. *20. lit. n. p. 127.*

(t) Conf. CONRING. & DN. GUNDLING. *dict. ll.*

(u) Prout hanc in rem, non Norimberga tantùm, tumultusque ibidem, temporibus, quibus de Imperio contendebant, Guntherus Schvvarzenburgicus, & Carolus IV. ao. nim. 1349. exortus, d. q. JOH. CHRISTOPH. WAGENSEIL. *in memorab. Civit. Norimb.* sed & adhucdum plures aliæ exemplo esse possunt Imperii Civitates, uti ap. CHR. LEHM. videre est, *L. 6. Chr. Spir. cap. 3. per tot.*

(vv) Vid. hîc omnino LEHM. *d. L. 6. c. 6. p. 602. b.* ubi, occasione tumultus, ao. 1330. Spiræ Nemetum exorti, extractum exhibendo literarum, á vicinis atque confœderatis Civitatibus, Argentorato, Moguntia, Wormatia, Francofurto, & Oppenhemio, ad Magistratum Civesque *Spirenses* datarum, ita loquitur: **Daß sie die Stätt mit gantzem Ernst / und mit gutem Fleiß bedacht und betrachtet hätten / was massen Krieg / Uberläuff und Mißhelligkeit / sonderlich die sich innerlich in den Stätten erheben / grossen Haß und Zorn bringen / und sehr schädlich und schwer wären den umbliegenden Land und benachbarten / deßgleichen allen Burgern und Inwohnern insgemein / dazu Wege und Ursachen öffneten zu vielen andern Unheil und bösen Handlungen / dardurch man Seelen / Ehr / Leib und Gut verliehren könte / wie sie es dann aus der Erfahrung vernommen / und solches augenscheinlich jetzo befunden hätten / und noch befinden an dem Zustand der Statt und Burgerschafft Speyr; derhalben fernerm und grösserm Schaden fürzukommen / wären sie urbiethig / Versöhnung und Frieden zu machen / zwischen dem alten und neuen Rath / den Haußgenossen und Burgerschafft / daß dergleichen Feinschafft und Auffstand durch GOttes Hülff nimmer in der Stadt entstehen solte / mit freundlichem Begehren / daß ein Rath und Burgerschafft ihnen solche gütliche Handlung nicht wolte zuwider seyn lassen / &c.**

usitatorum modorum, dissensionibus hisce Civilibus, mansuetudine potius tollendis, quàm severitate, haud quaquam suadenda applicatio. *Quoad vero hæc*, 1.) quod post institutum Camæræ Imperialis judicium, prioribus arbitrariis judiciis, sive Austregarum instantiâ, non gavisæ fuerint amplius, neque hodienum gaudeant omnes omnino Civitates, sed certæ tantummodo specialiter desuper privilegiatæ: (*x*) 2.) quod nec quoad illas, quæ expressis hanc in rem munitæ

(*x*) Quales, præter illas, quas recensuit VENER DN. SOCER, D. SHWEDERUS, *in Introd. in Jus Publ. Imp. Germ. P. Sp. Sect. 2. c. 17. §. 6. NORIMBERGAM* nim. (utpote quam, in prima instantia, coram Consulibus Senatuque Civitatum Windshemii & Weissenburgi in Nordgovia, conveniendam esse, privilegium testatur Caroli V. Imp. d. ao. 1540. confirmatorium privilegii, ipsi à Carolo IV. ao. 1373. concessi: ap. DN. JOH. CHR. LUNIG. **in des Teutschen Reichs-** *Archivs part. spec. 4.* **und letzter** *Cont. p. 2. 35.* **Abs.** *n. 78. p. 163.*) *RATISBONAM*, (hanc enim utut nullum hanc in rem, ap. DN. LUN. privilegium extet expressum, non minus Austregarum jure gaudere, atque in prima instantia, Judices habere, Civitates Augustam, Nòrimbergam, & Ulmam, vel, siquidem actori id ipsum lubeat, 7. aut 5. ex Senatu Ratisbonensi, non LIMNÆUS modo testatur, *in L. 9. J. P. cap. 5. n. 16.* sed & Acta quoque Conventûs Civitatensis, ao. 1600. Wormatiæ habiti, utpote ex quibus apparet, exhibitam tunc fuisse ib. à Civitate Ratisbonensi copiam, quo gaudet, privilegii expressi) *ESLINGAM*, (utpote quam, primùm coram Civitatum Ulmæ, Reutlingæ, & Heilbronnæ conveniendam esse Senatu, ex privilegio patet Caroli V. d. ao. 1541. ap. LUN. *d. l. p. 2.* **im 13. Abs.** *n. 34. p. 514.*) *DUNCKELSPUHLAM*, (hujus in prima instantia, judices esse, Prætorem, [**der Statt-Ammann**] & 4. Senatores, ex 4. Civitatibus: Nordlinga, Rothenburgo ad Tubarim, Hala Suevorum, & Donawertha, privilegium evincit Sigismundi, d. ao. 1435. Maximiliani I. d. ao. 1510. ap. EUND. **im 12. Abs.** *n. 26. & 34. p. 471. & 481. seqq.*) *SCHWINFURTUM*, (hanc enim ab initio in jus vocandam esse, coram Præfecto suo, [**ihrem Reichs-Vogt oder Ammann**] & 2. 4. vel. 6. Senatoribus duarum Imperii Civitatum, Norimbergæ & Rothenburgi ad Turbarim, Diploma ostendit Rudolphi II. Imp. d. ao. 1577. ap. LUNIG, *d. l. p. 2.* **im 43. Abs.** *n. 57. p. 446. seqq. FRIDBERGAM*, (utpote quæ, sec. LIMNÆUM *d. l.* & AUTHOREM **des gründlichen Berichts der fr. Reichs-Stadt Friedberg** *Regalien betr. art. 4. n. 88. fol. 72.* coram suo convenienda est Burggravio, de cujus tamen assertionis veri-

munitæ fuerant privilegiis, horum Judicum privilegiatorum in Camera Imperiali, Judicioque Aulico, habita fuerit ratio: (*y*) 3.) quod privilegia ejusmodi judi-

veritate, cùm non solum nullum desuper ap. DN. LUNIGIUM, reperire queamus Documentum publicum, sed potius, in privilegio Caroli V. Imp. d. ao. 1533. quod exhibet im 15. Abs. *n. 59. p. 760. sq.* caveatur expresse, quod immediate statim coram Imperatore convenienda sit, vel Judicio Camerali, verum etiam pactum & conventio specialis, ad quam provocant dicti AUTHORES, Cives solummodo respiciat, merito adhuc dubitare debemus) *REUTLINGAM*, (cui, ut in prima instantia, coram Consulibus atque Senatu Civitatum Ulmæ, Esslingæ, & Gemundæ, conveniri debeat, Maximilianus I. concessit. ao. 1516. ap. LUN. im 40. abs. *n. 13. p. 2. p. 320. seq*) *WORMATIAM*, (hanc enim, coram novem Commissariis, ab ipso Magistratu Wormat. ex Senatoribus suis constitutis, atque Juramenti vinculo, quô alias tenentur Magistratui, Civitatique communi, liberatis, in judicium vocandam esse, sub primordium litis. Idem Maximilianus statuit, in Privil. eidem ao. 1514 concesso, ap. LUN. *d. l.* im 54. abs. *n. 15. p. 691.*) *ULMAM*, (cujus judicem in prima instantia, Ammannum loci esse debere, privilegia volunt Caroli IV. d. ao. 1359. & Wenceslai, d. ao. 1397. ap. EUND. im *46.* abs. *n. 2. & 3. seq. p. 562.*) *HALLAM SUEVORUM*, (de qua, quod ab initio coram Præfecto suo *convenienda* sit, & 5. vel 7. Senatoribus ex tribus proxime vicinis Imperii Civitatibus quibuscunque, ex privilegio constat Maximiliani I. eidem ao. 1495. dato ap. LUN. *p. 1.* im *22.* abs. *n. 10. p. 905.*) *& MEMMINGAM:* (hujus enim privilegiarios Judices esse Civitates Augustam Vindelicorum: Ulmam: Ravenspurgum: Biberacum: aut Campidunum, Diploma evincit Friderici III. Imp. d. ao. 1471. ap. laud, LUN. *d. l.* im *31.* abs. *n. 9. p. 1420. seq.*) adhucdum quam plures esse, privilegia docent ap. DN. LUN. in *P. Sp. Cont. 4. p. 1. & 2.* hinc inde extantia. Sic enim, de *BOPFINGA*, Friderici III. prostat Diploma, d. ao. 1468. ap. EUNDEM *p. 1.* im 5. abs. *n. 7. p. 213.* vi cujus, judex eidem, in prima assignatus est instantia, loci Ammannus, unâ cum 4. Senatoribus, ex proxime vicinis Civitatibus desumendis; de *CAMPIDUNO*, Maximiliani I. d. ao. 1499. in den *addend.* von den Reichs-Städten insgemein; *Sect. 11. n. 20. p. 1518. & 1519.* cujus juxta tenorem, Consules atque Senatus Civitatum Ulmæ: Memmingæ: & Ravenspurgi, Judices eidem sunt privilegiarii: unde etiam, in Conventu Civitatensi, ao. 1614. Ulmæ habito, cùm instantiæ hujus ratio habita non fuerit,

judiciorum concessiva ad lites se non extenderint inter Magistratum & Cives invicem exoriundas, sed ad illas tandummodo pertinuerint, quæ hisce conjunctim

rit, statimque Cæsarea Commissio decreta, reliquæ Civitates Authores ipsi extiterunt atque suasores, de comparendo quidem coram Commissariis Cæsareis, sed exceptionem opponendo privilegii primæ instantiæ, deque appellando ad Cameram, siquidem Exceptionis hujus à Commissariis nulla haberetur ratio. De *DONAWERTHA*, Frid. III. d. ao. 1465. in quo, Magistratum hujus loci, universamque Civitatem convenire volentes id ipsum perficere jubentur apud unum ex trium Imperii Civitatum, Augusta: Norimbergæ, & Ulmæ Magistratibus: im *10.* abs. *n. 27. p. 421. seq.* De *GIENGA:* laudati Imperatoris, d. ao. 1481. secundum quod, judicem habet Austregalem, ex trium Imperii Urbium, Ulmæ: Nordlingæ: & Gemundæ Magistratibus unum: im *19.* abs. *n. 13. p. 837. seq. HAMBURGUM*, virtute privilegii, eidem à Sigismundo Imp. ao. 1421. concessi, penes Holstenii conveniri debet Comites: ap. LUN. im *23.* abs. *n. 40. p. 947. seq. KAUFBEURA:* coram Ammanno suo, sec. privilegia Coroli IV. d. Ao. 1373. Wenceslai: d. ao. 1398. Ruperti, 1401. aliorumque Impp. insequentium: im 25. abs. *n. 9. 10. 11. seq. p. 1254. seqq. LINDAVIA:* apud Consules Senatumque unius ex 4. Civitatum: Constantiæ: Uberlingæ: Ravenspurgi: & S. Galli: juxta tenorem privilegii, ipsi à Frid. III. concessi, ao. 1442. & 1452. im *29.* abs. *n. 15. & 81. p. 1309. seq. & 1312. NORDHUSA:* vel coram judicio suo Urbico, vor dem Stadt-Gericht: sec. privilegia Wenceslai, d. Ao. 1391. & Maximiliani I. d. ao. 1497. im *34.* abs. *n. 9. & 12. p. 71. & 74.* Vel coram Senatus Consulibusque Mulhusæ Civitatis, aut Goslariæ: sec. Diploma Max. I. d. ao. 1498. *d. l. n. 13. p. 75. NORDLINGA:* apud Ammannum suum, quatuorque aut sex Senatores Civitatum Gemündæ: Dünckelspühlæ: Donawerthæ: Giengæ: aut Bopfingæ: virtute privilegii, à Frid. III. ipsi impertiti, ao. 1463. im *33.* abs. *n. 35. p. 28. seq.* atque Documenti insinuationis in Camera Imp. factæ d. ao. 1605. *ibid. n. 63. p. 60. RAVENSPURGUM* actionibus adversus semet intentandis, in prima instantia, coram tribus respondet, aut septem Senatoribus juratis, ex iis quæ libent, circumjacentibus Civitatibus, à Ravenspurgo ad semet rogatis, nec non Ammanno suo; per privilegium expressum Sigismundi, d. Ao. 1434. im *38.* abs. *n. 25. p. 222. seq.* Idem omnino etiam obtinet quoad *ROTHENBURGUM ad TUBARIM*, per simile Imp. Sigismundi privilegium, d. Ao. 1422. im *41.* abs. *n. 10. p. 341. & 342.* nec non confirmationem Maxim.

consideratis, cum aliis intercederent Imperii Ordinibus; (z) 4.) Judiciorum Imperi longinquitas, è contra verò negotii natura præsens exposcens remedium: 5.) Processuum in summis Imperii nostri Tribunalibus, variis ex causis promanans diuturnitas, (a) in ejusmodi litibus omnium maximè periculosa: (b) 6.) Commissariorum Cæsareorum minus accepta qualitas. 7.) Eorundem sæpissimi

II. ad. 1576. *ibid. n. 18. p. 353. seq.* *UBERLINGA* tanquam forum immediatum, præter Imperatorem, atque Advocatum Sueviæ, tres agnoscit Civitates: Constantiam, Lindaviam, aut Ravenspurgum: vigore privilegii, à Sigismundo impetrati, Ao. 1433. im 45. abs. *n. 4. p. 542. & 543.* *WIMPFA*, Scultetum suum, & 5. vel 7. Senatores, ex III. Imperii Civitatibus, Spira: Halla Suevorum: & Heilbronna: prout de hoc testatur Privil. Car. V. Imp. d. ao. 1545. ap. LUN. im *52.* abs. *n. 15. p. 649. seq.* *WINDSHEMIUM*, suum similiter Scultetum, nec non Consules atque Senatum Civitatum Norimbergæ: Rotenburgi ad Tubarim: & Dünckelspühlæ: juxta Caroli V. Diploma, d. ao. 1545. im 53. abs. *n. 17. p. 674. seq.* Ultra has omnes & singulas hactenus recensitas, & OFFENBURGUM: GENGENBACUM: atque ZELL. am Hammersbach / tanquam Austregales Judices agnovisse Argentoratum, & Schlettstättam, ex Actis informati sumus Conventûs Civitatensis, Ao. 1614. Ulmæ habiti, hisce *ipsis* Civitatibus, ab universo Collegio commendatitias ad Imperatorem, *pro* clementissime confirmandis illarum, uti omnibus, ita in *specie primæ instantiæ*, Juribus, privilegiisque ibidem productis, datas fuisse literas, testantibus.

(y) Prout hoc *supr.* à nobis ostensum *ad §. 15. in not. lit. r. p. 25.*

(z) Prout hoc ipsum non solum ex clausulis patet, in plerisque privilegiis conspicuis: Was jemand zu der gemeinen Stadt und Commune: It. als die Obrigkeit in Sachen das *Commun* und gemeine Stadt belangend / *&c.* Verum etiam exindè, quod nec Comites atque Nobiles Austregarum gaudeant foro quoad controversias, ipsis cum subditis suis intercedentes: nec ipsi quondam Principes eôdem gavisi fuerint, ejusmodi litium intuitu, ante O. C. d. ao. 1555. *p. 2. tit. 4.* §. und sollen solche Austräg / 18. Conf. HENRIC. COCCEJUS, *in Diss. d. Austregis §. 23. p. 11.*

(a) Vid. quæ habet BERNH. Schultz / *in Diss. d. amicabili Compositione, cap. 3. §. 6. per tot.*

(b) Cùm exinde intestina plerumque oriatur commotio: publici boni neglectus:

sæpissimi excessus, litiumque procrastinationes: (*c*) 8.) immensi ut plurimum utroque in casu, impendendi sumptus: (*d*) 9.) Concordiæ inter semetèo magis hoc modo conciliandum stabilimentum: 10.) quod, siquidem causa controversa ita comparata esset, ut inquietata Civitas conditionem suam Cæsareæ Majestati adaperire non auderet, illud, amicabilibus remediis frustra tentatis, ab interponentibus, majori probabiliter cum fructu, fieri posset, quàm ab illâ: (*e*) &, si quæ forsan fuerunt aliæ.

glectus: inque tumultus tandem, bellaque civilia erumpens malum, eversioni facillimè, destructionique integræ Civitatis, ansam præbere valens.

(*c*) Quemadmodum de hoc, præter quotidianam propemodum experientiam, Literæ testantur abundè, à Civitatibus Imperialibus, ao. 1597. in Comitiis Deputatarum Civitatum, omnium nomine, ad Imperatorem scriptæ: quarum (uti ex Actis illorum apparet temporum) Commissariorum Cæsareorum intuitu, sequens erat tenor: daß sie in Reichs-Städten die Bürger mit besonderen Eyden beladen / und *examini*ren: und ihnen bey hohen Straffen / *silentium impon*ren thäten: die *Magistrats*-Persohnen entsetzen: und in die Wahl Sachen sich *immisc*ren: sich *perpetui*rten / und als *Inspectores* setzten / &c.

(*d*) Conf. den *Transactions-Recess* zwischen dem Rath der Stadt Goßlar / und denen acht ehrlichen Gilden daselbst / unterschiedener *Controversi*en halber / *d. ao. 1691. ap. DN. LUNIG.* in des Teutschen Reichs-*Archivs, P. Sp. 4.* und letzter *Cont. p. 1* im *20.* abs. *n. 18. p. 881.* verbis: und aber beyde Theile für die gesamte Stadt-Ruh und dienlich befunden / zu *Evitir*ung aller fernern *Inconvenienti*en und kostbarer schwerlicher *Commissio*nen / oder in *eventum* besorglicher Gerichtlichen *Processe*, die *differential*en *Puncte* durch eine *amicable* mündliche *Communication*, und verlangte *Transaction* wo möglich zu erledigen / &c.

(*e*) Ita enim hac de re Recessus loquitur Conventus Civit. Ao. 1614. Ulmæ habiti: und den *interpon*irenden Erb-Frey- und Reichs-Städt noch ferner aufgetragen worden / da sie verstehen wurden / daß die Obrigkeit so von ihrer *rebelli*renden Burgerschafft angefochten / ihr Noth und Anliegen / aus Furcht der obschwebenden Gefahr / der Römis. Kayserl. Majestät nicht klagen dörffte / daß an ihrer Stadt / die *interponi*rende Städt solches verrichten: die befundene Beschaffenheit der R. K. M. Unserm allergnädigsten Herrn alsdann / wann andere eingewandte gütliche Mittel ohnverfänglich / abgeloffen seye / entdecken / und umb dero gerechtes Kayserliches Einsehen anlangen sollen.

XXII. Ad Juris nunc quæstionem reduceret nos ordo: An nim. licitè etiam inire potuerint ejusmodi conventionem Civitates Imperiales? nec non ad Subjecti, cujus in favorem Judicium hoc amicabile introductum: Objecti: Finis: Effectus: atque Affinium considerationem; Verum enim verò in hactenus adductis subsistere, velaq; nolentes volentes contrahere, non una cogimur ex causa. Cum autem in Tractatu peculiari plenius paulo eadem delineare B. C. D. constitutum sit nobis, ut laborem hunc eò majori cum successu queamus suscipere, omnes & singulos Liberarum Imperii Civitatum Proceres, & quibuscunque Earundem emolumenta curæ sunt cordique, eâ qua par est, animi precaui ut submissione, arq; observantia, quæ in hac ipsa materia, vel ex publicis Civitatum actis, vel alia quacunq; ratione adhucdum deesse deprehendent, ea propensè nobis communicare, suorumque Archivorum claustra eatenus reserare, eoq; ipso, nos, defendendorum Jurium Civitatensium, non minus ac discendi, admodum cupidos, sicubi aliquo erravimus in loco, melius instruere ne dedignentur. Erunt illa insigni omnino nobis incitamento, ut Illarum in gratiam, de Homagio à Civitatibus Imp. S. C. Majestati: nec non: de homagio, Civitatibus Imp. à Civibus suis quotannis præstando: ut & de singularibus quibusdam Civitatum Imperii, Religionis intuitu mixtarum Juribus, jammodo bonam partem congesta, publici Juris facere, in longum dilaturi non simus.

TANTUM.

XVIII.

THESES

DE

FORO COMPETENTE NOBILIUM IMPERII IMMEDIATORUM ET EORUM PROROGATIONE JURISDICTIONIS ALTERIUS

PRO LICENTIA defensa à

GEORGIO LUDOVICO HOFMANNO Norimbergensi.

ALTORFFII, 1723.

PRO